ctar aggredi ſuſcipere aliquid. Inconſultè, ac temerè al'quid agere. *Cerrarſe las velaciones.* Neptijs celebrandis aditum intercl di. *Aun no ha cerrado la mollera.* Non dum cerebrum habet. *Cerrar la quenta.* Rationem finite. *Cerrarſe la herida.* Vulnus cute obduci. Cicatrico, as. *Cerrò el ojo.* Clauſit diem, vel lumina in æternum ſomnum. Vide, *Morir. Cerrò los ojos a las coſas del mũdo* Humanis, & perituris rebus nũtium remiſit, terga vertit, vltimum vale dixit. *Cierra de golpe.* Impetè trahe poſt te ianuam ad ſeram. *Con ſobre llaue.* Occlude ſi fores ambobus peſſulis, geminata claue. *Con eſto le cerrò la boca.* Hoc verbo os illi obturauit. *Cielo cerrado.* Nubilum, nubibus obductum. *Cerrado ha eſta beſtia.* Agnomon equus, vetulus, cuius ætas dignoſci nõ poteſt. *No ha cerrado.* Abolus eſt. *Cerradura, ò cerraja.* Sera, æ, *Cerrojo.* Vectis repagulum. *Hecharle.* Vectem trahere ad muniendas valuas. *Cerrajero.* Clauarius faber. *Ladron, que quebranta los cerrojos.* Vecticularius.

*Cerrion.* Stria, æ. Cirrus, i.

*Cerro, collado.* Collis. Cliuus, i. *De lino.* Cirrus lini. *Eſto eſtà en cerro.* Hoc eſt rude, indigeſtaque moles. *El animal en cerro.* Nudum animal. *Traer a vno la mano ſobre el cerro.* Aliquẽ blandiſsimè appellare, tractare. Indulgentia, & veluti popyſmis erga aliquem vti. *Cerro de la eſpalda.* Interſcapilium.

*Certamen poetico.* Certamen, commiſſio Poetarum.

*Certificar.* Aliquid affirmare pro certo. Sua auctoritate, & fide confirmare, certumque fulcere. *Certificado eſtoy deſto, ò tengo certidumbre de ello.* Certus ſum de hac re. Compertum, exploratum, certum, ratum habeo. Vide, *Cierto.*

*Certauillo.* Hinnulus, i.

*Ceruatana para tirar.* Siphunculus, tubus è ſambuccino ligno, qua pueri glandes ſtupeas, vel papyraceas cum bombo explodunt. *De ſordos para oyr.* Tuba, vel tubus, qua ſurdi excipiunt loquentium voces.

*Cerueza.* Ceruiſia, ę. Sicere, ę. Zythum, i.

*Ceruiz.* Ceruix, icis. *Ceruiguillo.* Ceruicula. *Rendir el ceruiguillo.* Subijcere ceruicem. Sub mittere faſces. *De dura ceruiz.* Homo indomitus, duræ ceruicis, pertinaciſque iudicij.

*Ceſped de tierra.* Ceſpes, itis. Gleba, æ.

*Ceſſar.* Ceſſo, as. Deſino, ſuperſedeo, es. *Ceſsò la peſte.* Abijt peſtis, &c. *Ceſſacion.* Ceſſatio, vacatio. *Adiuinis.* Cenſura, qua omnia ſacra interdicuntur,

*Ceſta.* Ciſta, æ. *Ceſto.* Corbis, is. *No dixera mas vn ceſto.* Nihil dici potuit obtuſius. *Quien haze vn ceſto, harà ciento.* Taurum tollet, qui vitulum ſuffulerit. *Amor de niño, agua en ceſto.* Neque in ſenem, neque in puerum amorem, aut beneficium collo ces, propterea, quod alter non refret, alter non meminit, *Ceſtilla.* Fiſcella. Ciſtella.

*Cetre.* Aquiminarium, ij. Amula, æ.

Ce-

*Cetro.* Sceptrum,i.
*Ceuada.* Hordeum,ei.

C ante H.

*Chaza.* Nota, ſignum receutæ pilæ. *Chazar.* Signo notare,aut nota ſignare iacentem pilam.
*Chacota.* Cachinatio,onis. *Hazer algo en chacota.* Ludricum,iocosè, aut iocum aliquid ducere. Ioculo dicere.
*Chamelote.* Vndulata veſtis.
*Chamuſcar.* Leuiter amburere. *Chamuſcado.* Semiambuſtus,vſtulatus. *Huele a chamuſquina.* Semiuſtæ rei odor vagatur,aut nidor.
*Chafallo.* Sarcimen,inis.
*Chança.* Scituli,& iuueniles ioci. Adoleſchia, æ. *Ten verguença de chancear ſiendo tan viejo.* Hoc te ætatis ſycophantari non pudet? *Siempre eſtays de chança.* Nunquam tā malé tibi eſt, vt non aliquid facetè, & cōmodè dicas. *Chancero.* Nugator, oris. Adoleſchus.
*Chanciller.* Cancellarius,ij. Archigrāmateus ei. Iuris Præfectus. *Chancilleria.* Regium Conſilium,publicū Prouinciale.
*Chantre.* Meſochorus.
*Chapa.* Brecta,æ. Lamella crepitans. *Hombre de chapa ò chapado.* Lectiſſimus, magnique conſilij vir. *Chapa,ò mentira* Vide, *Mentira.*
*Chapeo.* Pileus,gaſerus.
*Chapin.* Sandalium Tyrrhenicum,ſiue Hetruſcum. *Darte he de chapinazos.* Commitigabo tibi ſandalio caput.
*Chapodar.* Vide, *Padar.*
*Charco.* Stagnans aqua. Lacuna. *Buen charco le queda que paſſar.* Ægeum nauigat.
*Charlatan.* Dicax, loquax garrulus, præſtigiator. Blatero. Æs Dodonęū.
*Chaſco.* Vide *Motejar.*
*Chato de narizes.* Simus naribus.
*Chauacana coſa.* Vilis,e Triuialis.
*Cherrion.* Sarracum, vehiculum truſatile.
*Chibo.* Hædus,i.
*Chicha.* Caro aſſe. *Chicarrō.* Cremium.
*Chichon* Contuſio tuber,tumor,plaga prægnans.
*Chicoria.* Intubumſatiuum. Cicorium.
*Chico.* Paruus,puſillus puſio.
*Chillar ò rechinar.* Strideo,es.
*Chiſtar.* Sybilo,as *Chiſto.* Sybilus,i.
*Chiminea.* Caminus,fumarium,ij.
*Chimera.* Chimæra,æ.
*China* Scrupulus,ſcrupus,ſcrupum,i.
*Chinche.* Cimex,icis.
*Chinela.* Crepida. Mulleus,ei.
*Chirimia.* Præcentoria tibia, vel tuba.
*Chirinia.* Siſer,eris.
*Chiſme.* Rumuſculus, murmur ſuſurrus. *Chiſmear.* Deferre vltrò,citròque rumores. *Chiſmoſo.* Sator murmuris, ſuſurro,delator. *Ay tantas chiſmerias en vueſtra caſa,que quāto paſſa en ella ſe ſabe.* Ita domus tua fumat, vt omnia tuorum ſermonū indicia redoleant.
*Chiſpa.* Scintila, æ. *Hecha chiſpas de colera.* Excandeſcit, exardet in iras.
*Chita.* Fibula bobis,vel arietis.
*Chiſtar.* Os aperire, explicare labra ad loquendum. *Tu oſſas chiſtar?* Tu omnino hiſcere audebis,aut mutire?
*Chiſte.* Fabella faceta, iocoſa, apolo-

loquꝰ. Vide, *Donayre*.

*Chiton*. Sile, tace, quieſce. Nihil de Cę ſare.

*Chocar vno con otro*. Collido, is.

*Chocarrero*. Iocoſus, congerro, onis, Scurra, ę. *Chacarreria*. Iocatio, ſcur rilitas tis *Chocarrear* Pergręcari, periocari, nugari.

*Chocolate*. Balanopharmacum.

*Choza*. Caſa, ę. Tugurium, gurguſtiū, i.

*Cholla*. Caput *Es hombre de cholla*. Pre clarum caput, cerebro plenum, & conſilio. Vir magno iudicio, & prudentia præditus. *De poca cho lla*. Qui infirmitate conſilij labo rat.

*Chopo*. Alnus, i.

*Chorro*. Torrens. *De agua viua*. Salien tes aquæ. Scaturigines. *Chorrear, hechar chorros de agua*. Sudor fluit vndique riuis. *Chorro de voz*. Cur ſus, impetus vocis.

*Christo Señor nueſtro*. Chriſtus opti mus & maximus. Aſſertor, vindex generis humani. Soter, ſeruator noſter. *Chriſtiano*. Chriſto ſacer ho mo. Chriſticola, cruciuola. Chriſtia nę Religionis cultor, fidelis. *Chriſ tiandad*. Chriſti regnum. Chriſtia num imperiū religio, orbis. *Chriſ tiandad, virtud* Pietas, probitas, re ligio. *Segun vueſtra Chriſtiādad ha zeis eſſo*. Ex hominis ſanctiſsimi, & religioſiſsimi hoc facis dignita te. *Chriſtianar al niño*. Puerum ini tiare diuinis myſterijs ex ſacro ſa lutis fonte ſuſceptum. Vide. *Bauti zar*.

*Chueca*. Globolus, i.

*Chuſa*. Cypirus, i.

*Chufeta*. Ioculus, i. Sales, facetiæ, le por.

*Chupar*. Sugo is. *Chupóle quanto tenia en la bolſa*. Conuertit ſe inhi udi nem, atque eius exſuxit ſangui nem marſupij. *Chupan las plantas el humor de la tierra*. Plantæ ex terra ſuccum trahunt, quo alun tur.

*Churre*. Pinguedo. pingue, is.

*Chorizo*. Farcimen. Tucetum, i.

*Chuſma*. Grex nauticus, turba, fœx, cis. Sentina Reipublicæ.

*Chuzo*. Spiculum, i. Venabulum, i.

## C ante I.

*Ciar*. Vide, *Ceſar, ò recejar*. *En la gale ra*. Impellere nauim remis. *En algū negocio*. Retardari,

*Ciatica*. Iſchias, æ. Coxiarius mor bus.

*Cibera*. Fœx ex acinis exhauſta.

*Cicatriz*. Cicatrix, icis.

*Cicuta*. Cicuta, æ.

*Cidra, Arbol*. Malus medica. *La fruta*, Malum citreum, medicum.

*Ciego*. Vide, *Cegar*.

*Cielo*. Cœlum, i. Cœli, orum. *Cielo de cama*. Caducum. *Ir al Cielo, a la glo ria*. Ad ſuperos euolare, ad cœleſtē patriam, ſedes beatas, domicilium quietem ſempiternam ex hac cali gine tenebris, terrarum anguſtijs, ergaſtulo corporis emigrare, ſolui excedere: vt beatam aſſequamur, compa emus palmam præmiū, di uinoque ſemper perfruamur conſ pectu, & gloria. Vide. *Gloria*. *Si el Cielo ſe cae, cogernos ha debaxo*. Quid ſi Cœlum ruat? Si fractus illabi tur

cur orbis, impauidum ferient ruinæ. *Quien eſcupe al cielo, en la cara le cae.* Dedi mala, accepi. Qui inſpuerit in age en formicarum, huic intumeſcent labra. *Eſſo es como dar vna puñada en el cielo.* Hoc erit cœlum digito attingere. Citius terra ætherem conſcendent. *Vio abiertos los cielos.* Aditum ſibi patefieri, & viam aperiri magnopere gauiſus eſt. *Venido del cielo.* De cœlo delapſus. Cœlitus hoc euenit. *Ni por el cielo, ni por la tierra.* Omnino nunquam, neque à quoquam rogatus. Niſi crura fracta fuerint. *Toma el cielo con las manos.* Deum, hominesque implorat.

*Ciencia.* Scientia, diſciplina, æ. *Que las encierra todas.* Encyclopædia, æ. *Oye ciencia.* Superiori facultati operam dat, ex gramaticis exceſsit, litterarias nuces reliquit, virilem togam induit litterariam.

*Cieno.* Cænum, i. Limus, i. *cenagal.* Volutabrum, i.

*Ciento.* Centũ. *cien vezes.* Centies. *cien mil vezes.* Centies millies. *Hombre, ò ſiglo de cien años.* Centenarius, a, m. *Numero de ciento.* centeſimus. *De ciento, en ciento.* Centeni. *coſa de ciẽ cabezas.* Centiceps, tis *De cien manos.* Centimanus, &c. *Cien varones.* Centum, uiri. *cien tanto.* Cẽtuplum *cien doblada coſa.* Centuplex, icis, vel centuplus. *Dar de ciento vno.* Centeſimare. *capitan de cien hombres.* Centurio. *Ordenar los ſoldados de ciento en ciento.* Centuriare, in centurias inſtruere, & referre.

*Cierço.* Circius. Boreas, æ. Aquilo, nis.

*Cierta coſa.* Certus, a, m. Compertus, verus. Vide, *cara coſa. ciertamente. cierto de verdad.* Sanè, certè, reuera, reapsè planè abſq; dubio, ſanè quam, certo certius, proculdubio, me hercle, quidem. *ciertos ſon los toros.* Miſſa eſt mappa. Arietem immittere. *certero.* Qui rectè ſcopum attingit. *certidumbre.* Vera ratio, res certa.

*cieruo.* Ceruus. *cierua.* Cerua, æ.

*cifra.* Nota, æ. *cifrar.* Notis ſcribere. Notare. *Eſcriuidme en la cifra, con que nos entendemos.* Notam eam appone, quæ mihi tecum conuenit.

*cigarra.* Cicàda æ.

*cigueña.* Ciconia, æ. Pelargus. *cigoñal, para ſacar agua.* Ciconia, celonium tollæno, onis. *cigoñino.* Pullus ciconiæ.

*cilla del trigo del diezmo.* Cella decumarum. *Cillero.* Promuſcondus, i.

*Cilicio.* Cilicium, ij. Vide, *Silicio.*

*Cima de planta.* Cyma, tis. Cauliculus, i.

*Cimera, la diuiſa ſobre el almete.* Conus, i.

*Cimborio.* Tholus, i. Ciborium, ij.

*Cimiento.* Cæmentum, i. Vide. *Fundamento.*

*Cimbria.* Ligneus arcus ad excipiendos fornices. *Cimbrar.* Agitare virgam. Quatere aliquem inflexa, mota virga.

*Cimitarra.* Enſis falcatus, harpe, es.

*Cinamomo.* Cinnamòmum, i.

*Cinco.* Quinquè. *Vezes.* Quinquies. *Mil.* Quinque millia. *Coſa de cinco años.* Quimus, am. Quinquennis. *Tiempo de cien años.* Quinquennium.

nium.Quimatus,us.*De cinco meſes.* Quinq; meſtris.*Por la quinta vez.* Quintò,vel quintùm. *Dar cinco de corto.*Quidque in defectu amittere deficere in curſu,metam non attin gere.*De largo.* Per exceſſum pecca re,metam excedere.

*Cincha.* Cingula,æ. *Cincho.* Cinctus, us. *Salir rompiendo cinchas.* Difficulter , durius , ægrè , è vadis emergere alicuius difficultatis. Enite omni ope,& viribus, vt euadat.

*Cingulo,ò cinto,ceñidor.* Cingulum,i. cinctus,us. *Cinta para ceñir.*Zona, æ. *De muger muy labrado.* Ceſtus. *Eſtar en cinta.* Intumeſcere vt erũ. Circũndari fœtu.*Cintas de ſeda.*Sericæ faſciolæ.*Para atacarſe.* Adſtrictoriæ ligulæ.

*Cinquenta.* Quinquaginta. *Cinquenta vezes.*Quinquagies.

*Cintura.*Renes,um.

*Cipres.*Cupreſſus,i.Cypariſſus,i.

*Circulo.*Circulus,i.Orbis. Circuitus, us.

*Circunſtancias.* Adiuncta,quæ rem cir cunſtant.Opportunitas.

*Circunloquio.*Circuicio,anfractus. *Andar por circunloquios.* Aliquo circui tu peruenire,quò velis.

*Circuncidar.* Circuncido , is. Circuncilus. Apella,æ. *El circuncidado.*

*Circunferencia.*Extremitas,tis. Libramentum,i. Peripheria, circunductio.

*Circunvezino.*Ambiens , & circunſtãs vicinia,vndique confinis.

*Cirio.*Cereus,ei Funale,is.*Cirial.* Ceroferarium.*El que le lleua.*Cerofe rarius.Acolythus,i.

*Cirio.*Scirrhus,i.

*Ciruelo Arbol.*Prunus,i.*Ciruela.* Prunum.*Porcal.* Aſinatium.*Damaſcena.*Damaſcenum.*De Monge.*Cereũ. *Regañada.* Ridens. *Ciruelas paſſas.* Prunum paſſum.

*Cirujano.*Chirurgus,i.Alipta,æ. *Cirugia.* Chirurgica, ars. Chirurgia, æ.

*Ciſco.* Carbonis analecta,quiſquiliæ. *Ciſcarſe.* Ventrem præ metu ſolui, madere timore fœculento.

*Ciſma.*Schiſma,tis.*Ciſmatico.*Schiſmaticus. Eccleſiæ Catholicæ deſertor.

*Ciſne.*Olor,oris.Cygnus,i.

*Ciſterna.*Ciſterna,æ.

*Citar a juizio.*Cito,as. Diẽ alicui dicere,vocare aliquem in ius,in iudicium. Denunciare,vt in ius veniat,& vadetur. *Citar alegando algun Author.*Citare. Vide. *Alegar.* *Cita.* Auctoritas,teſtimonium, ij. *Citote llamador.*Viator.Scator,oris

*Cithara.*Cythara,æ.*El que la tañe.*Cytharædus,i.

*Citorò.*Præſto canis,ades.

*Ciudad.* Vrbs,is. Ciuitas. *Ciudadano.* Ciuis.*Coſa de Ciudad.* Vrbicus,Vrbanus Ciuilis. *Ciuil hombre,*Vide, *Miſerable.*

## C ante L.

*Clamar.*Vociferor,vel vocifero,as. *Clamo*,clamito,as. Clamorem edo, emitto,fundo. *Clamor.*Clamor,vociferatio,onis.

*Clandeſtino.* Quod clanculum fit. *Clan*deſtinus,a,m.

*Clara coſa.* Res aperta, clara, nota, minimè obſcura. Quæ tam perſpicua eſt, vt oculis cerni videatur. In medio poſita, conſtans. Ipſa meridianà luce clarior, illuſtrior. Quæ ipſa loquitur, liquet, patet. Nullis inuolueris tecta, aut tegumentis inuoluta. Quæ in dubium minimè poteſt vocari. A què, & aere iſto liquidior. *Claro lo que trasluce.* Perſpicuus, vitreus, cryſtàllinus. *He te lo dicho claro. Quiereslo mas claro?* Satis ne hoc planè, ſatis ne difertè nunc videor tibi locutus eſſe? Hoc tibi dixi, & magna voce dixi. *Porque probays lo que eſtà tan claro?* Lucernam adhibes in meridie, & ſoli lucem adfers? *Paſsò de claro en claro la noche, ò el dia.* Noctē, vel diem integrum, quam longus eſt, inſomnem traduxit. *Claridad.* Claritas, perſpicuitas, euidentia. *Claramente.* Clarè, lucidà, manifeſtè, apertè, exploratè, euidentia. *Clarificar algun liquor.* Clarum purum defæcatumq; liquoré reddere, efficere.

*Clara de hueuo.* Albugo, Album, oui.

*Claranoya.* Feneſtra, cum cancellis.

*Clarea.* Nùrina, æ. Paſtum, i. Nectar.

*Clarin.* Lituus. *De mar.* Tuba naualis. Claſsicum, i.

*Claſe.* Claſsis, is. Gymnaſium, ij.

*Clauar.* Figere aliquid clauo. *Clauo.* Clauus, i. *Grande.* Trabalis. *De cabeça redonda.* Vmbellatus, muſcarius. *De eſpecia.* Çaryophilon. i. *Vn clauo ſaca otro clauo.* Clauum clauo pellere; audacia adacia, malum malo retundere. *Vna en el clauo, y ciento en la herradura.* Si ſemel ſapit, centies deſipit. Tam multa, at non talia. *Hechayſme eſto de clauo* Hanc mihi fraudem facis. Hāc mihi rem obtrudis. *Hechayſme con eſſo vna S, y vn clauo.* Hoc beneficio iure mācipij, & iure nexi me tibi totum obſtrictum do. *Clauar la fortuna.* Rotam fortunæ trabali figere clauo. *Clauaçon.* Bulla aurea, aut ferrea, clauus in valuis *Claue de edificio.* Tholus, i. *Es la claue de todo.* In hoc cardine tota res vertitur. Hec ſumma negotij eſt. *Clauero.* Clauiger, i. *Clauija de la vihuela.* Cōllabit, verticuli, orum, verticilla. Paxilli, quibus fides, vel tenduntur, vel remittuntur. *Apretar la clauija en algun negocio.* Rem vehementius vrgere. Feruentius in illa verſari. *Clauel, ò clauellina.* Viola flammea. Flos clauellatus, purpureus, herba Trinitatis.

*Clauicordio.* Clauicymbalum, i.

*Clauſtro de Religioſos.* Periſtylium, ij. Cauædium, e. *Vniuerſidad.* Academicus ſenatus, Conuentus.

*Clauſula.* Clauſula, æ. Periodus, i.

*Clauſura.* Clauſtra, orum.

*Clemencia.* Clementia, æ. Pietas, tis.

*Clemente.* Pius, clemens, miſericors.

*Clementemente.* Clementer, benignè.

*Clerigo.* Clericus. Sacris deſtinatus vir *De Miſſa.* Presbyter. Vide. *Sacerdote. Clerecia.* Clerus. *Clerizon.* Vide, *Monazillo,*

*Clima.* Clima, tis. Regio. Cœlum. *Bueno.* Cœlum ſalubre. Cœli ſalu-

lubritas,benignitas, benigna temperies. *Malo.* Peſtilens, ægra,iniqua temperies. *Prueba el clima.* Hoc cœlum meam valetudinem tentat.

*Clin,ò crin.*Crinis,is. *Tenerſe a las clines.*Omni pedeſtandum eſt.

*Clueca,gallina.*Glocitans gallina.

C ante O.

*Coadiutor.En las Prebendas* Succenturiatus,ſucceſſor in beneficio Eccleſiaſtico.

*Cobertura,ò cobertera.*Operculum, i. Tègumen,inis. *Cobertor de cama.* Stragulum,i.Lodix,icis.

*Cobertizo.*Porticus,us. Xyſtus,i.

*Cobijar.* Tego. Operio. Vide. *Cubrir.*

*Cobrar.*Recupero,as Recipio,is.*Dineros.*Exigere nummos,recipere.*Cobrança.*Exactio, nis. *Cobrar fama.* Conſequi, parère, comparare ſibi magnum nomen, gloriam, famam. *Enemigos.*Multas ſimultates partim obſcuras,partim apertas ſuſcipere.*Cobrar algo por juſticia.* Iudicio recuperatio aliquid perſequi. Iudicio ſua recuperare. *Poner en cobro.* Seruare,aſſeruare aliquid. In tuto collocare.*Aſsi.* Se aliquo tutè recipere,& fugâ ſibi conſulere. *Cobro.* Aſylum,receptaculum.

*Cobre.*Æs cyprium.Caprum,i. *Aqui ſe bate el cobre.*Hic res magno conamine agitur,conflatur.

*Cocar ò hazer cocos.* Terriculamenta puero obijcere. *Andanos haziendo cocos.* Volitat ante oculos noſtros minaci ore,& aſpectu. *No me eſpantan eſſos cocos.* Larua leonem territat. *Cocos de niños.*Puerorum terriculamenta *Guarda el coco.* Acco,& Alphito adſunt,fuge,caue mi pupe. *Coco para vino.* Obſcyphium, ij.

*Cozear,tirar cozes.*Calces iaculari,ferratam calcem in aliquem impingere.

*Cocer.* Coquo,is. Decoquo,igni,cibos mitigare.*cocimiento.*Decoctionis,*Cocinero.* Coquus,i. *Cocinera.* Focaria, culinaria miniſtra. *Cocinero mayor.* Archimagìrus,i. *Cocina.* Coquìna, popina, æ. *Cocinar.* Condire cibos,coquinari,coquinariam artem exercere.*Apenas ay Cocinero, que no ſe aprouecbe del oficio.* Tu inuenire poſtulas quenquã coquum,niſi ſit aquilinis, aut miluinis vngulis:*Cocer en agua.*Elixo,as.

*Cochambre.*Sordes.Grauis odor culinæ.

*Coche.*Currus,us.Eſſedum,i. Rheda, æ.*De dos cauallos.*Bigæ. *De quatro.* Quadrigæ.*Las cuerdas de los cauallos.* Auertæ,arum.*Cochero.* Eſſedarius,rhedarius,ij.*Cochera.* Currus ſtabullum.*Coche aqui.* Ructum cõprime ſordidule. Sus in haram.*Cochite,herbite.*Citius, quàm gradatim.Aphia ad ignem.

*Cochino.* Percellus, porcus, i. Sus, uis.

*Cochinilla para teñir.*Coccus, veleoccum.Nux iddica. *Guſarapa.* Aſelluis,i.

*Codicia* Cupiditas,auiditas,tis. *Cupido,*inis. *Codiciar.*Cupio,is.Expeto, appeto. *No ay hazienda que*

*eſte*

*eſte hombre no codicie.* Trahitur, fertur, rapitur, ardet, incenditur, inflammatur omniũ ciuium fortunarum cupiditate, amore, ſiti, hic adoleſcens. In omnium fortunarum cupiditatem cæcus incidit, ruit, oculos in quacumque re pretioſa figit. Inhiat omnium opibus. Sitit, & ſitienter appetit aliena. Illius diuitiarum appetitiones, vel ditiſsimæ. Indorum gazæ non ſufficiunt explere, nec ſitim extinguere. *Codiciar honras.* Ambire honores, aucupari, inanis gloriæ venari fumos. *Codicia deſta ſuerte.* Ambitio, ſtudium, ſitis honorum, gloriæ dignitatis. *De mandar.* Imperij, dominandi cupiditas. *Codicia rompe el ſaco.* Fiducia pecuniam amiſi. *No es eſto de codicia.* Indigna cupitu res hæc eſt. Non tanti ſtudij, & momẽti. Minimè expectanda, & curanda. *Codicioſo de hazienda.* Cupidus, habidus. *De honra.* Ambitioſus, honoris appetẽs. *Codicioſamẽte.* Avide, cupidè.

*Codicilio.* Codicilli, orum,

*Codo.* Cubitus, vel cubitum. *Darle à vno del codo. Auiſarle.* Vellere alicui aurem.

*Codorniz.* Coturnix, icis.

*Cofadre.* Confrater, conſodalis. *Cofadria.* Confraternitas, tis. Sodalitium, ij.

*Cofia.* Reticulum, capillare, is. Calantica, æ.

*Cofre.* Riſcus, cameratus, arcuatus. *Cofrecito.* Scrinium, ij.

*Coger.* Lego, colligo. Carpere flores. *Frutos.* Condere, percipere fructus. *Alcauala.* Exigere, colligere vecti-gal. *El que la coge, ò cobra.* Exactor. *Aues.* Vide, *Cazar.* *Cogieronle con el hurto en las manos.* Deprehẽſus, captus eſt in furto. *Coger, ò doblar la ropa.* Complicare, ſinuare veſtem lineam, &c. *Cogerle à palabras.* In ſermone capere aliquem. Verbum alicuius notare, ipſoque illum tenere occupare. *El q̃ coge algo, como vbas, &c.* Legulus. *Cogedor de la baſura.* Trualignea, receptaculum ſordium. *No le coja eſto de repente, ſin ſaberlo.* Ne hac re nũcius illum inopinum aut imprudentem opprimat. *La accion de coger.* Collectio.

*Cogollo como de lechuga.* Scapus. Thyrſus. *De otra coſa.* Germen, inis.

*Cogote.* Occiput, itis.

*Cogujada.* Aluada, æ. Galerita, æ.

*Cogullada.* Cuculla, æ. Cepucium, ij.

*Cohechar.* Corrumpere aliquem muneribus. *Cohechos.* Repetundæ, arũ. Corruptela, æ. Vide, *Sobornar.*

*Cohete.* Ignis miſsilis. Fulgetrum, i. Pyroboli, orum.

*Cohombro.* Cucumis, eris. *Amargo.* Aſinius, erraticus. *Quiẽ hizo al cohõbro, que le lleue al hombro.* Malum conſiliũ conſultori peſsimũ. Faber compedes, quos fecit ipſe geſter.

*Cola de animal.* Cauda, æ. *De cauallo.* Muſcarium. *Cola de zorra para limpiar algo.* Peniculus, vel penicillus, vel penicillum. *Para encolar.* Gluten, inis. Colla, æ. *Llegò à cola.* In extrema hæſit galea. Vide, *Calabazas.* Caudatus. *El que tiene cola.* *Coliar.* Caudã mouere, cauda blandiri.

*Colacion.* Cœna deambulans. Bellaria. Hypotrimmata. *De ayuno.* Refectiuncula veſpertina. *De algun beneficio.* Collatio, traditio benefi-

cij. *Iunta, ò conferencia de platicas ſantas.* Comitium, ſermonum ſacrorum collatio, vbi ſinguli ſuam ſententiam, quaſi ſymbola conferunt.

*Colada.* Lixiuius cinis. *Hechar algo en colada.* Sordidum linum lixiuio emaculare eluere. *Todo ſaldrà en la colada.* Suo tandẽ tempore hęc venient purgãda, punienda. Sua illas maculas vindicta ſequetur. *Colar, paſſar.* Tranſeo, is. *Por algun paño.* Colo, as. Per colum purgare, ſtillatimque eluere. *Colar por vn vaſo en otro, como mortero.* Dèliquo vel èliquo, as. *Lindamente lo cuela.* Inuergit mirificè Bacchi liquores è ſino ductim. *Colar beneficia.* Conferre beneficium. *Coladero.* Qualus, i.

*Colateral altar.* Altare laterenſe, à latere. *Que va al lado de vno.* Latero onis.

*Colcha de cama.* Stragulum, i. Culcita ſuperior, & leuior.

*Colchon.* Culcita, æ. Vel plumea, vel lanea, vel tomentitia.

*Colegir.* Colligo, is. cogo, is. *Por conjeturar.* Vide, *conjeturar.*

*Colegio.* Collegium. *Colegial.* Collèga. Sodalis in colegio. Alumnus.

*Colera.* Bilis, is. *Desflemò la colera.* Deſpumauit iram. Virum furoris effudit, euomuit. *Paſsòſele la colera.* Deferbuit iræ vis. Impetus reſedit fregit ſe ira, furor remiſſus, & reſtinctus eſt. *Yo os baxarè la colera.* Tuum animum fragam, & comprimam ſpiritum. *Tiene ſu colerilla el niño.* Ineſt, & formicæ ſua bilis.

*Colerico.* Biloſus. Irà excandens. Vide, *Enojo.*

*Coleto.* Aluta, vel thoras ex aluta. *De ante.* Vide, *Ante.*

*Colgar.* Suſpendo. Vide, *Ahorcar.* *Colgar vna ſala.* Periſtromatis, & auleis parietes ornare, veſtire, inſtruere. *Eſtar colgado.* Pendeo, dependeo, es. *De vno que habla.* Ex ore alicuius ora ſuſpenſa, tenere, intenta dicenti. *No cuelgo, ò pendo de nadie.* Ab vno Deo ſuſpenſas habeo viuendi rationis. *Eſtoy como colgado.* Suſpenſo, incerto, ſolicito animo ſum. *Colgadura.* Aulæa, periſtroma peripetaſma, tis. *De alguna ſala.* Triclinaria, orum. *Colgajo, vbas colgadas.* Vuarum penſa, penſilium vuarum funiculus. *Colgadizo.* Porticus. *Coſa colgada.* Pendulus, pènſilis, e.

*Colica.* Colicus dolor, paſsio.

*Colirio.* Collyrium, ij.

*Coliſeo.* Amphiteatrum, i.

*Collado.* collis, is.

*Collar rico.* Torques. *Del veſtido.* Collarium. *De perros.* Millus, i. *Compicos.* Milli murices. *Collera del yugo.* Tomices, ium.

*Coliflor.* Braſsica Pompelana. *Col.* Vide, *Berça.*

*Colmar.* Cumulo, as. Adaugeo, es. Cumulum accedere alicui rei. *Colmo.* Cumulus, i. *Colmadamente.* Cumulatè.

*Colmena.* Alucar, àris. Alueus, ei. *Colmenar.* Aluearium, apiarum, ij. *Colmenero.* Apiarius, ij.

*Colmillo.* Deus columellaris. Caninus, Cynodontes, ium.

*Colocar.* Colloco, as. Statuo, pono, is.

*Colodrillo.* Occiput, itis. Occipitium, ij.

Ca-

*Colonia.* Colonia,æ. *Colonias de ſeda.* Sericaſegmenta, vel ligulæ latiores ſericæ.
*Coloquintada.* Colocynthis, idis.
*Coloquio* Colloquium. Drama, atis.
*Color.* Color,oris. *Perfecto.* Satur,plenus. *Valiente.* Pertinax,floridus,vè, getus,viuidus. *Deſmayado.* Dilutus, remiſſus. *Muerto.* Euanidus,fugax, obſolètus. *Obſcuro.* Surdus,lentus, auſtèrus. *Colores de Pintores.* Pigmenta, orum. *Mixtura dellos.* Harmoge,es. Comiſſura *Matiz.* Tonus, ſplendor. *Varios colores Blanco,&c.* Vide in ſuis locis. *Color de verguença.* Rubor, roſeus pudor. *Que ſe ponen las mugeres.* Pigmentum, purpuriſſum. *Darſe con el.* Purpuriſſo, as. *Color, ſocolor.* Specie religionis. *Diſteys color a eſto.* Cauſam prætendiſti,prætexuiſti. Huic rei diſſimulationem adhibuiſti. *Yuaſele vn color, y venia otro.* Incertus illi erat vultus, crebra coloris commutatio. *Salieronle los colores,puſoſe colorado el roſtro.* Erubuit ſalua res eſt. Perfuſus, ſuffuſus eſt rubore. Pinxit verecundia in illius ore roſas.
*Colorir,dar color a la pintura.* Colorem inducere. *Falſear la color.* Mentiri colorem fuco. Fucare lanam.
*Colorear.* Rubeſcere. Rubefieri. Rubro colori tingi, colorari. *Quitar el color.* Decoloro,as. *Coſa de vn color.* Concolor, oris. *De muchas colores.* Verſicolor diuerſicolor, oris. *Colorada coſa.* Ruber, a.m. Purpureus, blatteus. Vide, *Carmeſi. Palabras coloradas.* Verba prætextata ſub impudica.
*Celoſo.* Coloſſus,i.
*Columbrar.* Proſpicio, is. Speculor, aris.
*Columpio.* Oſcillum, i. *columpiarſe.* Librari, ſubiectari,iactari oſcillo.
*Coluna.* Columna. *Acanalada.* Striata. *De muchas piedras.* Structilis. *Eſpacio entre dos colunas.* Intercolumnium, ij. *La haſta de la coluna.* Scapus,i. *La vaſa.* Stilobates,baſis, is.
*Como en la clauſula.* Inciſum,i. Coma, tis.
*Comadre la que ayuda à parir.* Obſtetrix, icis. *La del Bautiſmo.* Suſceptrix. Arbitra initiationis. *Comadres* Familiares,& vicinæ matronæ,conuiuales. *Mal me quieren mis comadres, porque digo las verdades.* Veritas odium parit. Si vera dicam tibi,voluptati haud ero. Siſin volup tati, haud tibi vata dixero. *Comadrero.* Muliebris homo. Qui mulierum conuenticula, & colloquia frequẽtat. *Iuebes de comadres.* Commeſſalia, Iouis dies Bacchanalis, quo matronæ in commeſſationes frequentes ſymbola conferunt. *Riñen las comadres, y dizenſe las verdades.* Fœminarum iræ conceptæ veritatem pariunt.
*Comadreja.* Muſtella, æ.
*Comarca.* confinium,ij. *Comarcanos.* confines, affines.
*Comba.* Inflexio,incuruatio,onis.
*Combatir.* Oppugnare vrbem, expugnare *Vnos con otros.* Confligere,committere prelium *Cõbate deſta ſuerte.* Conflictus. *De Ciudad.* Oppugnatio.
*Combidar.* Inuito, as. In conuiuium vocare. *Combidado.* Conuiua, æ. Conuictor. *El que combida.* Conuiua-

uator.**Combite.**Conuiuium, i.*Publi*
*co.*Epulum populare. *En honrras de*
*difunto* Ferale,funebre epulũ ſilicer
niũ.*Entre parientes.*Chariſtia,orum
*De bautizo,ò bodas.*Rẽpotia orũ.Ge
niale conuiuium.*Diò vn grã combite*
Epulum,conuiuium,Pontificũ,lau-
tum , omnigenis lautitijs affatim
inſtructum apparuit,cõparauit,in-
ſtituit,celebrauit.Magnifico,ſplen-
dido , Regioque apparatu menſas
inſtruxit, ornauit. Congeſsit men-
ſam miluinam. Cœnam dubiam,pol
lucibilem, rectam dedit.

**Comedia.**Comedia,æ.*El que la repreſen*
*ta.* Comœdus, i. *El que la compone.*
Comicus Poeta.*Su entrada.* Embo-
lium,ij. *Repreſentarla.* Hiſtrioniam
facere,comœdiam agere.Vide,*Fieſ-*
*tas,y jornada.*

**Comedido.**Comis,e,officioſus, huma-
nus.*Comedimiento.* Comitas,tis.Vr
banitas,humanitas.*Comedirſe.*Præ.
ire,prævenire alicui comitate offi-
cio,obſequio.*Comedidamente.* Co-
miter,officioſè,vrbane.

**Comendador.** Nobilitatis inſignitus
crucifero ſtemmate.Vide.*Habito.*

**Comer.** Edo, is. Comedo. Veſcor. *En*
*combite.* Epulor. Conuiuor , aris.
*Goloſeando.* Ligurio , is. Reguſto,
as. *Al medio dia.*Prandeo, es. *Co-*
*mer templadamente.*Tenuiſsimo vi-
ctu vtitur,parciſsimè cibo, frugi,
ſimplice menſa contentus eſt.*Como*
*mil ducados de renta.* Inſumit, im-
pendit millia aureorum abeunt il-
li in annuos ſumptus melleni au-
rei.*Comenle los pies por eſto.* Alacri
animo eſt. Vt geſtit, vt titillat ani.
mus, vt prurigo illi ineſt ludendi.
*Comerle he à bocados.* Auriculam
illi mordicus auferam , niæ , &c.
*Comer de mogollon.* De ſartagine
tollere, ſine ſymbolis. *Comeſe las*
*letras eſte Muchacho quando habla.*
Comprimit inter loquendum,ſyl-
labas puer. *Aqui me come.*Hic pru-
rigo mali eſt. *No coma mas que vn*
*gorrion.* Exiguo obolo , minuto-
que prandio, & paſſeritio conten-
tus eſt.*Comer haſta no mas.* Saliaré
in modum epulatur.*Comeſe de pio-*
*jos.* Morſibus fodicatur pediculo-
rum. Pedicolis ſcatet. *Mas denſe-*
*lo comido.* Hæc deneque reſtat , vt
præmanſum in os inſeramus. *O no*
*comays, ò no culpeys lo mucho que ay*
*que comer.*Solent quando accubue-
re , vbi cœna appoſita eſt dice-
re: Quid tibi opus fuit hoc ſump-
tu tanto noſtra gratiâ. Inſanijſti
certè : namidem hoc hominibus
ſat erat decem. Quod eorum cau-
sâ obſonatum eſt culpant , & co-
medunt tamen.*Para comer en qual-*
*quiera lugar me acomodarè.* Vel in-
ter cuneos ferreos tantillum lo-
ci, vbi catellus cubet , id mihi ſat
eſt loci ad conuiuium. *Solo tienes*
*habilidad para comer.* Comeſſe pa-
nem tres pedes latum poteſt , fo-
res pulſare neſcis! *Por comer ſe irà*
*al infierno.* E flamma cibum pe-
tet. *Comer muy aprieſſa engullendo*
Ingurgito, as.Tuburcinor,aris.*Co-*
*mió barato ,ò de balde.* Vix drachma
obſonatus eſt vnâ. *Antes ſobre, que*
*falte de comer.* Reliquiarum ſit
potius aliquid , quam ſatiati non
diſcedamus.*Coſa de comer.*Veſcus,
a.m.Edulis,e.Eſui res apta. *El que*

co-

*come carne cruda*. Omophagus. *Es, que no ha comido* Inpranſus. *Comezon*. Prurigo, inis. *comedor, comilon*. Edax, èpulo, helluo, onis. Vide *Gloton*. *comida*. Cibus, i. Daps, pis. *Ordinaria*. Victus, us, quotidianus. *De mediodia*. Prandium, ij. *Fuera de tiempo*. Comeſſatio, nis.

*començar*. Incipio, is. Cepi, iſti. *Vos començaſte, y acabaſte este negocio*. A te principium, in te, & per te feliciter defiit, ad exitum perducta eſt. Non fundamenta ſolum à te iacta, poſita, verum faſtigium impoſitum huic rei fuit. Rem a te inchoatam, inſtitutam ad ſummum faſtigium, & coronidem perfectam excitaſti, erexiſti. Tu Alpha, & Omega tanti negotij celebraris. *començar la oracion, ò hablar*. Exordior, iris. Dicendi exordium, initium ſumere, ducere, capere, facere. Exordiri telam ſi um ducere orationis. Auſpicari bonis auibus ſermonem, aut felicibus auſpicijs initiũ inſtituere dicendi. Sollenia auſpiciorum facere. Lineam feliciter mittere. *De donde començarè*. Quid primum exequar? *Boluer a començar*. Rem altius repetere à capite, à principio. Inire de integro ſermoné. De ſtadio ad carceres reuocari, redire. *Lo que mal comiença, mal acaba* Auſpicijs res cæpta malis benè cedere neſcit. *comienço*. Vide, *Principio*.

*Comentar libros*. Interpretari, elucidare libros. Scholia in librum conferre. Spinoſos libri campos nobiliore calami vomere proſcindere.

*Cometa*. Comètes, è. Crinita ſtella Acontiæ, arum.

*cometer encomendando*. Cõmitto, mando, commendo, credo, is. *cometer algun delito*. Contrahere, admittere, ſuſcipere culpam, ſcelus. Vide. *Pecado*. *comiſsion*. Comiſsio, delegatio, nis *comiſſario*. Delegatus. Cui aliqua res gerenda delata, cõmiſſa eſt *De la guerra*. Conquiſitor, oris.

*conmigo*. Mecum.

*comitre de galera*. Celeuſtes. Epiſtates æ.

*como*. Vt, quemadmodum ſicut, ceu, veluti. *como ſi*. Quaſi, ac ſi, ſcilicèt iuxta ac ſi. *como quiera*. Vtcumq; quomodolibet. *como quiera que eſto ſea*. Quomodocumq; hoc accidat, quomodo fiat. *como os atreueys a hazer eſto?* Quis auſ⁹ es hoc patrare? Quomodo hæc à te fiunt? *como ſois tan deſuergonçado?* Quæ tua tanta impudentia iſta eſt? Vbi eſt frõs tua? *como amigo os lo digo*. Hec tibi amicè, & beneuolè ſuggere. *Hazed como quien ſois*. Pro dignitate tua hoc efficias. *como muger hizo eſto*. More fœminæ. *Es como vna beſtia*. Inſtar belluæ, Vide, *Semejante*. *como a hermano le trata*. In germani fratris diligit, & habet loco. *como has venido tan preſto?* Huic, tam cito?

*comodidad*, *ò comodo*. Commodum, commoditas, vtilitas, fructus. *Buſcadme vna comodidad*. Me in famulatum, & obſequium alicuius accommoda. Commodum mihi Dominum quære. *Eſtimerè en mucho qualquiera comodidad que le hizieredes*. Quidquid ei commodaueris, erit mihi vehementer gratum. *Ha-*

uator. *Combite.* Conuiuium, i. *Publico.* Epulum populare. *En honrras de difunto* Ferale, funebre epulũ ſiliciniũ. *Entre parientes*, Chariſtia, orum. *De bautizo, ò bodas.* Repotia orũ. Geniale conuiuium. *Diò vn grã combite* Epulum, conuiuium, Pontificũ, lautum, omnigenis lautitijs affatim inſtructum apparuit, cõparauit, inſtituit, celebrauit. Magnifico, ſplendido, Regioque apparatu menſas inſtruxit, ornauit. Congeſsit menſam miluinam. Cænam dubiam, pollucibilem, rectam dedit.

*Comedia.* Comedia, æ. *El que la repreſenta.* Comœdus, i. *El que la compone.* Comicus Poeta. *Su entrada.* Embolium, ij. *Repreſentarla.* Hiſtrioniam facere, comœdiam agere. Vide, *Fieſtas, y jornada.*

*Comedido.* Comis, e, officioſus, humanus. *Comedimiento.* Comitas, tis. Vrbanitas, humanitas. *Comedirſe.* Præire, præuenire alicui comitate officio, obſequio. *Comedidamente.* Comiter, officioſè, vrbane.

*Comendador.* Nobilitatis inſignitus crucifero ſtemmate. Vide. *Habito.*

*Comer.* Edo, is. Comedo. Veſcor. *En combite.* Epulor. Conuiuor, aris. *Goloſeando.* Ligurio, is. Reguſto, as. *Al medio dia.* Prandeo, es. *Comer templadamente.* Tenuiſsimo victu vtitur, parciſsimè cibo, frugi, ſimplice menſa contentus eſt. *Como mil ducados de renta.* Inſumit, impendit millia aureorum abeunt illi in annuos ſumptus milleni aurei. *Comenle los pies por eſto.* Alacri animo eſt. Vt geſtit, vt titillat animus, vt prurigo illi ineſt ludendi. *Comerle he à bocados.* Auriculam illi mordicus auferam, niæ, &c. *Comer de mogollon.* De ſartagine tollere, ſine ſymbolis. *Comeſe las letras eſte Muchacho quando habla.* Comprimit inter loquendum ſyllabas puer. *Aqui me come.* Hic prurigio mali eſt. *No coma mas que vn gorrion.* Exiguo obolo, minutoque prandio, & paſſeritio contentus eſt. *Comer haſta no mas.* Saliaré in modum epulatur. *Comeſe de piojos.* Morſibus fodicatur pediculoſorum. Pedicolis ſcatet. *Mas denſelo comido.* Hèc deneque reſtat, vt præmanſum in os inſeramus. *O no comays, ò no culpeys lo mucho que ay que comer.* Solent quando accubuere, vbi cœna appoſita eſt dicere: Quid tibi opus fuit hoc ſumpre tu tanto noſtrà gratià. Inſanijſti certè: namidem hoc hominibus ſat erat decem. Quod eorum cauſà obſonatum eſt culpant, & comedunt tamen. *Para comer en qualquiera lugar me acomodarè.* Vel inter cuneos ferreos tantillum loci, vbi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci ad conuìuium. *Solo tienes habilidad para comer.* Comeſſe panem tres pedes latum poteſt, fores pulſare neſcis! *Por comer ſe irà al infierno.* E flamma cibum petet. *Comer muy aprieſſa engullendo* Ingurgito, as. Tuburcinor, aris. *Comiò barato, ò de balde.* Vix drachma obſonatus eſt vnà. *Antes ſobre, que falte de comer.* Reliquiarum ſit potius aliquid, quam ſatiati non diſcedamus. *Coſa de comer.* Veſcus, a, m. Edùlis, e. Eſui res apta. *El que*

*co-*

*come carne cruda.* Omophagus. *Es, que no ha comido* Inpranſus. *Comezon.* Prurigo, inis. *comedor, comilon.* Edax, èpulo, helluo, onis. Vide *Gloton. comida.* Cibus, i. Daps, pis. *Ordinaria.* Victus, us, quotidianus. *De mediodia.* Prandium, ij. *Fuera de tiempo.* Comeſſatio, nis.

*començar.* Incipio, is. Cœpi, iſti. *Vos començaſte, y acabaſte eſte negocio.* A te principium, in te, & per te feliciter deſijt, ad exitum perducta eſt. Non fundamenta ſolum à te iacta, poſita, verum faſtigium impoſitum huic rei fuit. Rem a te inchoatam, inſtitutam ad ſummum faſtigium, & coronidem perfectam excitaſti, erexiſti. Tu Alpha, & Omega tanti negotij celebraris. *començar la oracion, ò hablar.* Exordior, iris. Dicendi exordium, initium ſumere, ducere, capere, facere. Exordiri telam ſi um ducere orationis. Auſpicari bonis auibus ſermonem, aut felicibus auſpicijs initiũ inſtituere dicendi. Sollenia auſpiciorum facere. Lineam feliciter mittere. *De donde començarè.* Quid primum exequar? *Boluer a començar.* Rem altius repetere à capite, à principio. Inire de integro ſermoné. De ſtadio ad carceres reuocari, redire. *Lo que mal comiença, mal acaba* Auſpicijs res cœpta malis bené cedere neſcit. *comienço.* Vide, *Principio.*

*Comentar libros.* Interpretari, elucidare libros. Scholia in librum conferre. Spinoſos libri campos nobiliore calami vomere proſcindere.

*cometa.* Comètes, è. Crinita ſtella Acontiæ, arum.

*cometer encomendando.* Cõmitto, mando, commendo, credo, is. *Cometer algun delito.* Contrahere, admittere, ſuſcipere culpam, ſcelus. Vide. *Pecado. comiſsion.* Commiſsio. delegatio, nis *comiſſario.* Delegatus. Cui aliqua res gerenda delata, cõmiſſa eſt *De la guerra.* Conquiſitor, oris.

*conmigo.* Mecum.

*comitre de galera.* Celeuſtes. Epiſtates æ.

*como.* Vt, quemadmodum ſicut, ceu, veluti. *como ſi.* Quaſi, ac ſi, ſcilicèt iuxta ac ſi. *como quiera.* Vtcumq; quomodolibet. *como quiera que eſto ſea.* Quomodocumq; hoc accidat, quomodo fiat. *como os atreueys a hazer eſto?* Quis auſ⁹ es hoc patrare? Quo modo hæc à te fiunt? *como ſois tan deſuergonçado?* Quæ tua tanta impudentia iſta eſt? Vbi eſt frõs tua? *como amigo os lo digo.* Hec tibi amicè, & beneuolè ſuggere. *Hazed como quien ſois.* Pro dignitate tua hoc efficias. *como muger hizo eſto.* More fœminæ. *Es como vna beſtia.* Inſtar belluæ. Vide, *Semejante. como a hermano le trata.* In germani fratris diligit, & habet loco. *como has venido tan preſto?* Huic, tam cito?

*Comodidad, ò comodo.* Commodum, commoditas, vtilitas, fructus. *Buſcadme vna comodidad.* Me in famulatum, & obſequium alicuius accommoda. Commodum mihi Dominum quære. *Eſtimerè en mucho qualquiera comodidad que le hizieredes.* Quidquid ei commodaueris, erit mihi vehementer gratum. *Hazed*



Juze

*ved eſto ſi os eſtà bien, ò es de vueſtra comodidad.* Hoc ex tuo cammodo facies. Si cum tua vtilitate & commodo ſit coniunctum. Metire hoc ex tua commoditate, & quæſtu. Si honori conducit tuo hoc efficies. *Tiene letras en materia de ſu comodidad.* Omnes articulos commoditatis ſcit.

*Compadecerſe.* Miſeror, eris. Ad miſerationem commoueri. Condolere alicuius vicem. Miſericordiam alicui tribuere. Teneri, frangi, moueri, tãgi miſeratione erga pauperem viſcera alicuius. *Cõpaſsion.* Miſericordia, miſeratio, commiſeratio, nis. *Tengo os gran compaſsion.* Me calamitas tua miſeret, & miſeratione capio. Vt ſupra. *Cõpaſsiuo.* Miſericors compatiens. *Ay muger mas compaſsiua que yo?* Miſericordior nulla me eſt fœminarum, quæ miſerarum vti miſereat, quam cuiuslibet afflictæ res, ſic admiſerationem alliciant. Quæ in his malis magis ſe fœminam, præbeat.

*Compadre.* Vide, *Padrino.*

*Compañia.* Societas, tis. *Hazerla.* Coire ſocietatem cum aliquo, conflare, inire, inſtituere facere. *Deshazerla.* Dirimere, diſſoluere ſocietatem. *Apartate de malas compañias.* Prauorum adoleſcentium congreſſum vt cõtagium fuge, vita, caue. Subtrahe te, & remoue à corruptis flagitioſorum moribus. Vulgus illud perditorum iuuenum, ne prehende, qui fraudem, fucum, vitia ſæpe afferant, & affricant rudibus adhuc, & morum ignaris. Ne guſtaris, quibus nigra eſt cauda, nec cuiuis porrigas dextram. Per pietatem nolo ego cum improuis te viris. Nate mi, neque in via, neque in foro vllum ſermonem exequi. *Compañia me haze Antonio en mi ſoledad. Es muy buen compañero.* Antonius conſors, particeps meorũ cõſiliorum, & laborum à me non diſcedit. Comitem, ſocium aſsiduũ, fideliſsimum, perpetuum ſe mihi præbet. Nullus tantus labor, tam iniqua fortunæ conditio, tam acerbus caſus, vel periculum à meo latere auellere, abducere, ſeiungere valuit. Fidum illum Achatem Æneas hic multum iactatus ab alto, expertus eſt ſuo lateri affixum, ſuis commodis ſeruientem, ſuæ obnoxium voluntati. *Compañia de guerra.* Cohors, tis. *De los que viuen en vna caſa, camaradas.* Contubernium, ſodalitium, conſortium, ij. *Compañia de gente,* Caterua, æ. Comitatus. *Compañero en el trato.* Socius. *En la guerra.* Commilito, onis. *En caſa.* Contubernalis, ſodalis. *En el oficio.* Collega, æ. *En el ſeruicio.* Conſeruus, i. *En la meſa.* Commenſalis. *Compañera.* Conſerua, æ. *Igual, como muger.* Concolor alicui valdè, lenis, mitiſq; animi aſsidua comes. *Coſa ſin compañia.* Inſociabilis, e.

*Comparar.* Comparo, as. Confero, es. Compono. Contentionem facere. *Vos os comparays con Antonio?* Tu nugæ ad Antonium, & imagines muſcarum, nauſea, & ſordes præ illo, ſi ingenium ingenio opponis, & ſapientiam in eadem trutina cum ſapientia exami-

mines. Pudet & ſordet tota. Orcheſtra tui ludi ad illius laurum & tenebreſcit omnis ille tuus mentitus fulgor ad tantam lucem. Audebisne Philiſtæa vulpecula ad tam altè cinctos adringere canes? Aut ex omni tuorum ſipario vnum Antonio committere, vel conferre? Pica cum luſcinia certat. Cicada apem compara, & te fluctinem Pegaſo. *Cōparacion*. Collatio, contentio, comparatio, ſimilitudo, ſimile, is. *Comparatiuo nombre*. Comparatiuum nomen.

*Compartir*. Impertior, iris. *Compartimientos*. Diuiſiones in æquales partes.

*Compas*. Circinus, i. *En la muſica*. Interuallum manu Magiſtri chori moderatum. *Lleuar el compas*. Moderari manu hæc interualla. *Compaſar*. Circino, as. Circino circumducere orbitam. *Compaſar moderando*. Moderari, æquare aliquid. *A compas dançar*. Ad numerum ſaltare.

*Compeler*. Compello, cogo. Vim adhibere, afferre neceſsitatem alicui. *Compelido*. Neceſsitate compulſus coactus.

*Compendio* Compendium, ij. Epitome, es,

*Compenſar*. Compenſo, as.

*Competeme eſto*. Hoc ad me ſpectat. *Competente coſa*. Congruens, conueniens habilis.

*Competir*. Contendo, is. Certo, as. In contentionem, & certamen cū aliquo venire, deſcendere. *No ay quiē compita con vos* Nemo eſt, qui pari paſſu hoc tecum velit litterarum ſtadium metiri, decurrere. Non vltra tecum cōponi, neque parē cōmitti, neque enim contra Retriarium Formula ſinat. Per eandem lineam aſsiduam reciprocabit ſerram, qui manum tecum conferere audebit. Nemo ſapiens tecum pedem conferet. Non tam impar petitio Catonis, & Vatinij fuit. *Competir pretendiendo*. Competo, is. Vide, *Pretēder*. *Competidor*. Competitor, æmulator, is. *En amores* Riualis *Sin competencia lleuò la dignidad*. Sine riuali honorem & dignitatem obtinuit. *Competencia*. Contentio, certamen. *De amor*. Riualitas, tis.

*Complacer*. Placeo, complaceo, es.

*Complexion*. Corporis conſtitutio. *Tiene linda complexion*. Eſt bene conſtituto corpore. Ineſt illi optima, firma, egregia, robuſta, valida corporis conſtitutio. Valetudine, & tēperamento humorum vtitur præſtanti. *Mala complexion*. Valetudinarius eſt. Imbecille, infirmum, debile, tenue corpus trahit. Inæquali temperantia corporis affectus. *Cōplexion enjuta*. Sicca corporis temperies. Siccitas ſumma membrorum in illo eſt. Aridus, minimè pituitoſus aut redundans.

*Complice*. Cōſcius, ſocius facti, aut ſceleris. Populares, eodem implicati maleficio.

*Componer*. Compono, is. *Componerſe la muger*. Vide, *Adereçarſe*. *Componer enemiſtades*. Conciliare inter diſcordes, & diſsidentes pacē. Ad concordiam adducere, vel reducere in concordiam diſtractos. Concordiā interdiſſentient eſconſti-

ſtituere. Odia extinguere inimicitias tollere. Vide. *Concordar.* *Componer las coſas de caſa.* Diſponere, conſtituere rem familiarem. *Componer libros.* Componere, conficere libros, corpus, volumen. Vide, *Eſcriuir, componer verſos.* Carmina, verſus condere, facere, fundere. Carminibus aliquid celebrare, pangere. Proſequi cantu, carmine, muſis alicuius laudes. *Componerſe con la parte, ò concertarſe.* Paciſci cum aduerſario. Litem ex pacto, & conuento dirimere. Pactionem facere, conſtituere cũ aliquo de aliqua re. Transigere rem. *Compoſicion deſta ſuerte.* Pactum, pactio, nis. *Componedor.* Compoſitor, is. *Muchos componedores deſco nponen la nobia.* Multitudo. Imperatorum Cariam perdidit. *Compoſicion.* Compoſitio, nis. *Compueſto.* Conſtans concretus, cõflatus ex aliqua re. Inſtructus, ornatus, compoſitus. *Compoſtura de coſas.* Ornatus, cultus, us. *De virtud.* Modeſtia, æ. *Compueſto anſi.* Vide, *Modeſto.*

*Comprar.* Emo, is. Mercor, aris. Præſtino. Comparo, as. *De comer.* Obſono. *Comprar bienes confiſcados en almoneda.* Bona fiſco addicta ſub haſta mercari. *Su comprador.* Sector, ris. *Comprar alcaualas.* Redimere vectigalia. Redemptor. *El que las compra.* Redemptio. *La compra.* *Cõprar en mercado por junto.* Commercor nundinor. *Comprador deſta manera.* Mercator, nũdinator, emptor. *Compra.* Emptio, nis. *Comprador de almoneda.* Manceps, ipis. *A quien guſtar le duele, no compra lo que quiere.* Nullus emptor difficilis bonum emit obſonium. *Coſa no comprada.* Inemptus, a, m. *Lo que ſe compra para reuender.* Promercalia, ium. *Buena cõpra hemos hecho.* Bene res noſtra collocata eſt in hoc mercimonio? *Quieres comprar eſto, quanto me darás?* Eloquere propere, celeriter, quid dabis: Si cupis emere? Nummos trecentos. *Es nada.* Trichas. Quadrigentos. Tramas putidas. Quingentos. Caſſam glandem. Sexcentos. Curculiunculos minutos fabulatis.

*Comprehender.* Comprehendo, is. Cogitatione, & mente complector. Vide, *Entender.*

*Comprobar.* Approbo, comprobo, collaudo. Teſtimonio ſententiaque ſua aliquid confirmare.

*Comprometer.* Facultatem, aut arbitriũ proferendi, iudicandi, dicendique cauſam à litigantibus alicui committere: interponere, facereq; compromiſſum.

*Compuerta.* Cataracta, æ. Cancellatæ portarum fores,

*Compungirſe.* Dolore compungi, affici, pœnitere quod, &c.

*Compulſar vn pleyto.* Conferre acta, ſcriptaque lege, & iure cum ſuo prototypo, aut protocolo.

*Cõputo de coſa.* Ratio calculus, i. *De los tiẽpos.* Temporũ ratio, ſupputatio.

*Comulgar.* Cœleſti ſe pabulo, & pane reficere Diuinum inire conuiuiũ. Sacram recipere, ſuſcipere Synaxim. Sacramentum auguſtiſsimum ſumere Euchariſtiæ, celeſti accumbere menſæ. Munire ſe, & reficere ſacroſancto nectare, cele-

brare myſteria, vſurpare. *Comulgar el Sacerdote a otro, dar la comunion.* Miniſtrare, diſtribuere. impertiri, exhibere, ori fidelium inſerere diuinas dapes, epulas, Euchariſtiam ſacra myſteria. *Communion.* Synaxis. Communio ſacroſancta, largitio, & communicatio corporis, & ſangui nis Chriſti.

*Comun coſa.* Communis, vulgaris, de medio ſumpta trita res, vel verba. *Comunidad.* Communitas, ſocietas, tis. *De Conuento, ò Iunta.* Conuẽtus, cætus. us.

*Comunicacion, trato.* Coniunctio, conſuetudo, commertium hominum. Communicatio ſermonis, & ſocietas morum, & legum. *Comunicar cõ alguno.* Conferre, cõmunicare ſuos ſenſus cum aliquo. *Dar parte.* Participem, ſocium aliquem ſuorũ cõſiliorum efficere. *Communmente.* Paſſim, vulgò, plerumque, communiter.

*Con.* Cum. *Prepoſicion.* *Con nombres ſuſtantiuos.* Trãſit in aduerbium ſic. *Con atreuimiento.* Audacter. *Con atencion.* Attentè. *Con artificio.* Affabrè, artificiosè, & ſic de cæteris. *Con buen pie.* Auſpicatè, bonis auibus, & auſpitijs. Vide, *Principio.*

*Concabo.* Concabus, cauus, connexus: *Concauidad.* Cauerna, æ.

*Concebir.* Concipio, is. *Mala opinion.* Malã de aliquo opinionem imbibere, ſuſcipere. *Concepto.* Conceptus, fœtus, us. *Concepcion de la Virgen nueſtra Señora.* Immaculatus Virginis Mariæ conceptus, totius maculæ immunis. Integer, labiſq; originariæ purus, exemptus de communi hominum fameſo tributo, ſyncerus, liber, ſolutus ab Adami noxa. Præoccupatus ſingulari beneficio gratiæ: ne ſcui originis maculoſe læderetur attactu. Primæui parentis ad cæteros poſteros ſuos peruia maculæ à Maximo Deo expers effectus. *Concepto de Predicadores.* Cogitatum mentis, meditatio cõmentatio, cogitatio egregij, & reconditi ſenſus. *De alguno.* Opinio, exiſtimatio. *Melor concepto tengo de vos, que de mi.* Magis tribuo tibi, quam mihi arrogo.

*Conceder.* Concedo is. Permitto, facultatem copiam poteſtatem alicui facio. *Yo os concedo eſto.* Id tibi aſſentior, concedo, do. Vide, *Dar.*

*Concejo.* Concilium. Villanorum conuentio, coitio. *Concegil propios de Concejo.* Compaſcuus ager, publicus, quo promiſcuè omnes vtuntur.

*Concertar.* Vide, *componer.* *El precio de algo.* Paciſci cum aliquo de aliqua re. Inire pactum. *Hombre concertado.* Moderatus, temperatus, iuſtus. *Concertados van en la Proceſsion.* Procedunt recto ordine diſpoſiti. *Concertados iban para eſto.* Compoſito, conſulto, data operà hoc ſcelus aggrẽſsi ſunt. *Concertadamente.* Compoſitè ſuo ordine, & modo.

*Concha.* Concha, æ. *De tortuga.* Chelonium, ij.

*Conchauança.* Inſinuatio, intruſio. *Cõchauar.* Vide, *Conuenir.*

*Conciencia.* Conſcientia, mens conſcia. *Atormenta la mala conciencia.* Scelerum conſcientia impios vexat, agitat, exagitat, ſtimulat, crucia-

*Deſcontar.* Depretio minuere, de rationibus deducere, ſubducere. *Deſcuento.* Detractio, diminutio, onis. *En deſcuento vaya de mis pecados.* Quantum mihi laboris imponitur aut ſuſcipitur, velit Deus, vt tantũ de meorum peccatorum ſarcinis leuetur.

*Deſconuenir.* Vide, *Deſconcertar.*

*Deſcorchar colmenas.* Aluearia diſsipare, diſperdere, ad ſurripienda mella.

*Deſcortes.* Inurbanus, innoficioſus, inciuilis, e. *Deſcorteſia.* Inurbanitas, ruſticitas. *Deſcorteſmente.* Inurbanè ruſticè, inſulsè.

*Deſcortezar arboles.* Deglabro, as. Deglubo, is. Folliculum, exuere. Corticem detrahere, delibro, as.

*Deſcoſer.* Difluo, is.

*Deſcrecer.* Decreſco, is.

*Deſcriuir.* Deſcriuo, is. Oculis rem ſubijcio, maximè proprijs verbis definire. *Deſcripcion.* Deſcriptio, nis. *De tierra.* Geographia. *De lugar.* Topographia.

*Deſcredito.* Fracta, amiſſa fides, imminuta auctoritas. Nota infamiæ.

*Deſcubrir.* Detego, retego. *Lo ſecreto.* Patefacere, aperire vulgare, enunciare arcana commiſſa. *Deſcubriòme ſu coraçon.* Conſilia, animi ſenſa, intimos ſenſus, omnes ſui animi latebras, atque penitiſsimos receſſus patefecit, aperuit, expreſſit, exprompſit. *Deſcubrir inuentando algo.* Inuenio; excogito, Commentor, aris. *Deſcubrirſe* Pateo, es. Pateſco, *Corriendo cortina.* Leuare velum, pandere tracto velo imaginem. *Deſcubridor.* Index, icis. *Al deſcubierto te huelgas de pecar.* In turpiſsimis rebus frequentiſsima celebritate, & luce lætaris.

*Deſcuydo.* Incuria, negligentia, æ. *Deſcuydar, dexar el cuydado de algo.* Negligere rem, non curare, nullã pror ſus rei rationem habere, mictere, abijcere, deponere, curam alicuius rei, ſubtrahere, ſub ducere ſe à circunfuſis, & externeis curis. *Deſcuidado* Negligens, ſocors. *Peſame me tengays por deſcuydado.* Nomine negligentiæ, ſuſpectum me tibi eſſe doleo. *Deſcuidadamente.* Oſcitanter negligenter, incuriè.

*Deſde.* A, Ab. *Deſde aqui adelante.* Deinceps. *Deſde ay.* Iſtinc. *Deſde alli.* Illinc. *Deſde aqui.* Hinc. *Deſde niño.* A puero, & ineunte primi ætate, ab incunabilis, & vnguiculis teneris. *Deſde que el mundo es mundo.* Poſt hominum memoriam, poſt noſtros homines. Ab orbe condito, *Del miſmo lugar.* Indidem.

*Deſden.* Contemptus, diſpectus, us, dedignatio, onis. *Deſdeñar.* Contemno, deſpicio. *Deſdeñarſe.* Dedignor, aris.

*Deſdentado.* Edentulus, a, m. Hinc edentulo, as. *Deſdentar a vno.*

*Deſdicha.* Infœlicitas, tis, infortuniũ, ij. Aduerſa, & incommoda fortuna afflicta. Res aduerſæ, calamitas, ærumna, caſus aduerſus. *Mala deſdicha te venga.* Deus te infeliciter, infortunet. *Todas mis deſdichas me han venido por vos.* Nihil in vita calamitatis vidi, quod non à te conflatum ſit, & perfectum. *Deſdichado.* Male fortunatus, infœlicitate damnatus, qui fortuna vtitur iniqua. Quarta luna natus. Vide, *Fortuna.* *Deſdichado ſoy en lo que hago.* Parum ſucceſsit, quod ago. *Deſdichadamente.* Infœliciter, malis auibus, inauſpicato.

*Deſdezirſe.* Orationem retexere. Palinodiam cantare, ſe ipſum reuocare, retractare crimina obiecta. Iurare ſe malam mentem habuiſſe. *Deſdezir vno de quien es.* Vide, *Degenerar. El color.* Euaneſcere colorem, fugere.

*Deſdorar.* Dedècoro, as, dedècore afficere aliquem, decus, honorem, dignitatem, fœdare, obſcurare alicuius.

*Deſſear.* Cupio, is, opto, as, ſtudeo, es, voueo. *O quanto deſſeo veros* O quãto tui teneor deſiderio videndi, ardeo flagitio incredibili cupiditate conſpectus tui, incendor, inflammor, rapior, feror, efferor ſtudio tui videndi, & fruendi. Nihil mihi optatius contingere poteſt, nihil mihi magis in optatis eſt, neque in votis, quam te, vt nunc animo, ſic meis brachijs complecti. Mirificè me afficit deſiderium, & ſtudiũ tui. Sitienter mea lumina te ſuum lumen appetunt, & ardenter ſitiũt conſpicere, intueri. *Deſſean muchos la honra.* Omnes gloriæ efferuntur cupiditate. Eſt innata hominibus ambitionis flamma, quæ ad honores rapit, incendit, apetendos. Inſaturabilis gloriæ fames miſeros adigit mortales, & ardentiſsima ſiti flagrant honorũ. Vide, *Codicia.* *Deſſeoos todo bien* Tibi bona omnia ſecunda proſpera, fœlicia cupio, omnia tua cauſa volo, tibi optime cupio. *Deſſear hechar menos.* Deſidero, as, requiro, is. *Deſſeo.* Cupiditas

tas,ſtudium,amor. *Deſeo de lo que nos hazia falta.*Deſiderium,ij *Deſeo deſordenado* Libido,nis. *Dexaſe lleuar de ſus deſeos.* ò facile trahitur quo illum rapit libido.Se libidinibus conſtringédum dedit.Sibi nec moderari, nec temperare in cupiditate valet.Cæco quodam impetu ad omnes cupiditates explendas rapitur.Vide,*Antojos.* *Dificil coſa es refrenar los malos deſeos.* Arduũ, & dificilimũ eſt cupiditatum habenas moderari,effrænes, & rapidos equos in medio iuuentutis circo compeſcere,retardare,luxuriantes libidinum ramos amputare, frangere indomitam dominantium cupiditatum rabiem. Fluuium comprimere, & coercere intra rationes ripas exundantium cupitatum & libidinum. Non minimi eſt negotij appetitus licentioſos rationi ſubijcere,ſubiectos,& obedientes præbere, contrahere habeans, appetentiæ humanæ. *A medida vino del deſeo.*Optato aduenit. *Deſeoſo.*Cupidus,auidus ſtudioſus,appetens.*Deſeable.*Optabilis,ex petendus,deſiderabilis. *Deſeado.* Optatus,expectatus,ex petitus.

D*eſelar.*Egelido,as, Gelu ſoluere.

D*eſembarazar.*Expedio,is.*Deſembaraçado.* Liber,expeditus promptus. *Deſembaraçarſe depreſto.* Se quam citiſsime occupationibus ſoluere, expedire. Vide.*Deſocupar.*

D*eſembarcar.*Deſcendere, deſilere de naui,egredi. Enaui in terram ſeſe conijcere.*Deſembarcar gente.*Deducere,educere milites e naui.

D*eſembarcar.* Liberare,ſoluere ædificationem,rem,opus,&c.

D*eſembozarſe.*Inuolutum caput aperire. *Deſemboluer.* Inuolutum caput aperire.*Deſemboluer.*Euoluo.Explico. *Deſembuelto,ò atreuido,ò libre.* Liber audax, petulans, licentia vtens liberiore.*Deſemboltura.* Petulantia,licentia æ.

D*eſemejança.*Diſsimilitudo,nis.*Deſemejante.*Diſsimilis,e,abſonus.*Deſemejarſe.*Diſsimilem eſſe,abludere ab aliquo.

D*eſempacharſe.*Pudorem exuere,verecundum velamen ponere.

D*eſempedrar.*Euellere lapides, extrahere.Elapido,as.

D*eſempegar.*Rèlino,is.

D*eſempeñar.*Soluto pretio pingnus recipere, redimere leuare ſe debitorum onere,emergere ex magno ære alieno.Fidem liberare,atque abſoluere.*Deſempeño.*Solutio,nis,ſatiſfactio debitæ rei,vel creditæ, vel pignoratæ redemptio.

D*eſemperezar.*Expergiſcor.Pigritiam pigrum ſomnum excutere.

D*eſencadenar.*Catena ſoluere aliquẽ.

D*eſcantar.* Carminibus magicis ligatum ſoluere.

D*eſencajado hueſſo.*Membrum conuulſum, luxatum, non cohærens cum altero.

D*eſencaxar* , *ò deſencaſar.* Luxo, as. Os de ſuo loco conuulſum , remotum.

D*eſenconar la llaga.* Vlceris dolorem lenire pure ſubducto,vel erumpente.*El animo.* Mitigare, ſedare ſenſum doloris,animi vulnera.

D*eſenfadarſe.*Faſtidium pellere. *Por el campo.* Expatiari. Per amæna, &

vi-

vi rentia prata inambulare faſtidij, tædij pellendi cauſa, libero, & aperto cœlo reſpirare.

*Deſenfardelar.* Sarcinas expedire, diſſoluere.

*Deſenfrenar.* Frænum equo tollere. *Deſenfrenado.* Effrenis, indomitus, proiectus præceps. *Deſenfrenadamente* Effrenatè. *Deſenfrenamiento.* Effrenatio temeritas, tis.

*Deſengañar à otro.* Errore aliquem liberare, ab errore deducere, errorem alicui eripere, fraudem, dolos detegere. *Deſengaño.* Lux, qua mentis error cognoſcitur. *Deſengañarſe.* Errorem dedoceri, inquem imprudens lapſus eſt dediſcere.

*Deſengrudar.* Deglùtino, as.

*Deſenlazar.* Soluere nexus, nodos.

*Deſenojar a otro.* Adimere alicui ſtomachum, extinguere incenſi animi facē. *Deſenojarſe.* Stomachum amittere, iram abijcere, ſimultatem acerbitatem deponere. *No ay deſenojarla.* Tuis dictis ita incenſa eſt, vt ne reſtinguas quidem lachrymis, ſi eſt ſtillaueris.

*Deſenquadernar.* Compactum librum exoluere, in quaterniones diuidere. *Deſenquadernado hombre.* Remiſſus, diſſolutus homo.

*Deſenredar.* Extrico, as, explico, as. ènodo, as, expedio, is.

*Deſenſeñar.* Dedoceo, es.

*Deſenterrar.* Effodio, eruo. Retegere cadauer, exhumare. *Deſentierra los muertos con ſu lengua.* Mortuis conuiciatur, vita defunctos inſectatur maledictis, luctatur cum laruis.

*Deſentonarſe en el canto.* Diſſonare extra numerum canere, & chorum.

*Deſentrañar.* Euiſcero, as. *Deſentrañarſe por vno.* De viſceribus proprijs alicui ſatisfacere.

*Deſembaynar.* Diſtringere educere eripere, èuaginare enſem gladium.

*Deſenuiolar la Igleſia.* Templum violatum expiare.

*Deſeſperar.* Deſpero, as, haſtam abijcio. *Hombre deſeſperado.* Qui diffidit, & ſuæ ſalutis ſpem abiecit animum deſpondit, & ad reſtim redijt. Qui ita miſerè viuit, ita in pectore ſunt animales curæ, vt vitam corpore curet ſecludere. *Deſeſperado negotio.* De quo actum, & conclamatum eſt. *Deſeſperacion.* Deſperatio diffidentia.

*Deſeſtimar.* Vide, *Menoſprecio.*

*Desfallecer.* Deficio, is. Cadère animo.

*Desfauorecer.* Fauorem alicui ſubtrahere, gratiam adimere. *Desfauorecido.* Qui gratiam, & fauorem alicuius amiſit.

*Desfigurar.* Deformo, as. *Desfigurado.* Cui forma, figura, habitus, & ſpecies oris alia eſt, immutata eſt.

*Desflorar.* Delibo, as. Violare, vitiare, corrumpere virginem pudicitiam illi eripere, vim inferre, & ſtuprum.

*Desflemar.* *Desflemaſte en mi la colera.* In me ſtomachum erupiſti, cum alteri eſſes iratus.

*Desfogar.* Erumpere ſinquæſtus, lachrymas, &c. Ignem exhalare, euaporare.

*Desfrutar.* Fructum auferre, eripere poſſeſſori. Defrugo, as.

*Desgayre.* Iniuria, æ. *Hazer algo al desgayre.* Inconcinnè, ineleganter

aliquid agere,&. cum deſpectu alicuius.

*Deſgalgarſe eſperezando.* Pandiculor, aris. Porrigere membra.

*Deſganado.* Ita affectus, vt nihil alli placeat, omnium rerum guſtum amiſerit. Stomacho illi cuncta ſunt.

*Deſgajarſe.* Detruncare ramum, diuellere ab arbore.

*Deſgarrar.* Diſcindo, is. *Deſgarrado valenton.* Vide, *Brauo.*

*Deſgracia.* Infelix caſus. ſors, infortunium, fatalis euentus. *Por mi huuo de venir la deſgracia.* Ad me impetum ſuum fortuna conuertit. *Deſgraciado hombre en fortuna.* infelix, infortunatus, miſer, calamitoſus. *En trato, ò palabras.* Illepidus, inſulſus frigidus. *En hablar.* Infacetus, illepidus, inſulſus. *En ſu trato.* Iniucundus.

*Deſgraciarſe con alguno, caer en ſu deſgracia.* Fatum gratioſum apud aliquem eſſe, minus placere, ex gratia dedicere, exorta aliqua offenſione in inuidiam cadere. *Deſgraciadamente.* Infeliciter, miſere.

*Deſgramar.* Extirpare gramen, eruncare.

*Deſgranar la vba.* Acinos ſpargere vuas, inf iare.

*Deshazer, derribar.* Diruo, euerto, is. *Deshazer lo hecho.* Delere, rem infactam velle, factum pro infecto habere, telam retexere, acta reſcindere. *Deshazer los hechos de alguno.* Alicuius facta verbis extenuare, minuare, deterere. *Deshazerſe de dolor, ò en lagrimas.* Præ lachrymis contici, contabeſcere, diſſolui in lachrymas, idem, mærore conſumi, confici. *Deshagome como la ſal en el agua.* Cor miſerum meum guttatim contabeſcit quaſi in aquam tu indideris ſalem. *Deshazer el embuſte.* Conterere, contundere caſſutā, diluere, conuincere.

*Deshauciar.* Deſpèro, as. *Deshauciado eſtà de los Medicos.* Nulla eſt tandē iuſſus ſperare ſalutem. Omnis ille à medicis ſalutis anchora præciſa eſt, ſpes adempta. Præ magnitudine morbi valetudini reclamatū eſt. Deſperatus omnino morbus eſt, ex quo illi terribile, & immedicabile telum mortis medici intonare cæperunt, actumque decernunt de illo.

*Deshechar.* Deſpicio, negligo, reijcio, is. *Deshechado.* Reijculus. *Coſa deshechada.* Reiectanea res. *Deshecho.* Reiectio, onis, deſpectus, us, peripſema, atis. *Està muy deshecho de las coſas del mundo.* Longè, proculq; à terrenis rebus abeſt, mundana reiecit à ſe, & abiecit omnia. Vide, *Mundo.*

*Desheredar.* Exherèdo, as. Publicis tabulis ob admiſſum nefas filiū præterire, exhēredem facere, hereditate priuare, abdicare filiū. *Desheredado.* Exheres, dis abdicatus.

*Desholliñar.* Fuliginem abſtergere.

*Deshoneſto.* Turpis inhoneſtus, libidinoſus, impuris moribus adoleſcēs, in voluptatis colluuione verſat⁹, & in libidinū volutat⁹ cœno. *Deshoneſtidad.* Turpitudo, libido, luxuria. *Eſta caſa es vn abiſmo de deshoneſtidad.* Quoduis genus ibi hominum videas, quaſi Acherūtē Veneris. *Deſbo-*

*honeſtas palabras.* Prætextata verba, impudica, obſcæna, oſcè dicta. *Desboneſtamente.* Turbiter, fœdè.

*Deshonra.* Dedecus oris. Vide. *Afrenta, Deshonrar.* Violare minuere offendere: dedecore, ignominia, probro dignitatem alicuius afficere. *La donzella.* Vide. *Deſflorar. De palabras.* Vide, *Afrentar.*

*Deſigual.* Impar, inæqualis. *Deſigualdad* Diſparitas, inæqualitas, tis. *Deſigualmente.* Inæqualiter.

*Deſierto.* Solitudo nis, deſertum, herèmus teſqua, orum. *Irſe al deſierto.* In vallam ſe conferre, recipere ſolitudinem, & in eam tanquam importum ab huius ſæculi procelloſo mari cófugere. *Deſierta coſa.* Deſertus, deſtitutus, a, m. *Morador del deſierto.* Vide. *Hermitaño.*

*Deſigno.* Conſilium meus, animus.

*Deſintereſſado.* Nulla mercede, nullo quæſtu ductus, permotus, tactus. *Deſintereſſadamente.* Gratis.

*Deſiſtir de lo que vno pretende.* De curriculo petitionis deflectere, deponere, atque abijcere petitionem.

*Desladrillar.* Lateres euellere, tollere.

*Deslabar.* A qua nimium aliquid abſtergere, eleuare. *Deslabado.* Per fricta fronte. Vide, *Deſuergonçado.*

*Desleal.* Leuifidus perfidus. *Deslealtad.* Perfidia æ.

*Desleyr.* Diluo is, liquefacio.

*Deslenguado, ò ſin lengua.* Elinguis, elinguatus. *Mal hablado.* Malèdicus, lingua præceps mordaci. Vide, *Lengua.*

*Deslindar.* Definio, determino, as. *Vn negocio.* Deciuere de tota re, & negotio ſuiſque terminis definire, diſtinguere, terminare.

*Desliar.* Colligatas funibus ſoluere ſarcinas.

*Deslizar.* Labor, dilabor, eris. *Deslizadero lugar.* Locus lubricus, lapſus procliuis.

*Deslomar.* Delumbo, as. *Deslomado.* Delumbis, e.

*Deslumbrar.* Oculos perſtringere. *Deſlumbramiento.* Offuſa caligo mētis, tenebræ, arum.

*Deslustrado, ò deslucido.* Obſcurus, decoloratus.

*Deſmadejado.* Diſſolutus, languidus, a, m.

*Deſmayar a otro.* Exanimo, as, animum alicui adimere, perterra facere. *Deſmayarſe.* Deficere, deſtitui, cadere, concidere animo, collabi exanimatum, & conſternatum iacere. Deliquium animi pati. *Deſmayò el enemigo.* Iacet poſtratus hoſtis, & ſe perculſum, atque abiectum eſſe sētit. *Deſmayo.* Exanimatio animi deliquium. *No deſmayes.* Forti, virilique animo eſto. Fac ne exiguo, puſilloque animoſis. Erigere, excitare, expergiſcere, & animoſus eſto. Vide, *Deſanimar.*

*Deſmandado.* Qui modum non tenet, nec ſibi ſtatuit, fineſque temperantiæ tranſilit. *Deſmandarſe.* Præter, extra modum prodire, aut aliquid facere.

*Deſmantelar.* Mænia diruere vnde murus dirutus. *Deſmantelado muro,*

*Deſmarañar.* Vide, *Deſenredar.*

*Deſmazelado.* Incomptus, diſſolutus.

*Deſmedrar.* Decreſco, deterins, mi-

nutiuſque aliquid fieri.

*Deſmelenado.* Capillis comiſque ſine lege errantibus, & impexis.

*Deſmembrar.* Membratim aliquem incidere, in fruſtra diuidere, ſecare.

*Deſmemoriado.* Obliuioſus, immemor.

*Deſmentir.* Mendacium in aliquem retorquere. Mendacium alicui obijcere, exprobare, ignomia mendatij notare. *Deſmentir las eſpias.* Rem ſimulare, diſsimulatione vti, prudēterque aliquid tegere. *Deſmiente eſto de aquello.* Non coheret & veluti retrahitur, & deſciſcit hoc ab illo.

*Deſmenuzar.* Imminuo, minutatim deuidere, & incidere aliquid.

*Deſmerecer.* Indignum fieri, cui beneficium conferatur. Male mereri.

*Deſmeſura.* Immodeſtia, æ. *Deſmeſurado.* Immodeſtus.

*Deſmigajar.* Panem friare, infriare, in micas digitis conterere.

*Deſmochar.* Mutilo, trunco, as, decurto, as.

*Deſmontar.* Syluam cedere.

*Deſnarigar.* Nares præcidere, denaſo, as. *Deſnarigado.* Truncato infami vulnere naſo.

*Deſnudar a otro.* Nudo, denudo exuo, ſpolio aliquem veſte. *Deſnudarſe.* Deponere veſtem, deueſtio, is. *Deſnudo.* Nudus, inops, vacuus, veſte, ære. *Como le pariò ſu madre.* Tanquã ex matre, aut ex naufragio. *Deſnudez.* Nuditas, tis.

*Deſobedecer.* Obedientiam abijcere, negligere iuſſa Patris, Magiſtri, &c. non exequi, nec parere, nec obtemperare mandatis præfecti. *Deſobediente.* Inobediens, inobſequẽs. *Deſobediencia.* Mandati neglectio, detrectatio.

*Deſobligado.* Officijs ſolutus. *Deſobligays a Dios.* Deum non demeretis, vt &c.

*Deſocupado.* Expeditus liber, feriatus a negotijs. *Ya eſtoy deſocupado.* Iam negotia me reſpirare ſinunt. Iã licet mihi per occupationes ſpiritum ducere liberum. Iam aliquid otij nactus ſum, & emergere videor ex occupationum fluctibus, quibus obruebar. Iam me expediui, exſolui ex occupationum moleſtijs, vinculis, quibus deuinctus tenebar. Iuris mei iam ſum, & mihi me ipſum vindico. Tẽpore pro meo arbitratu poſſum vti, & dum à negotijs vaco, mihi ipſi vacare licet. *Tiẽpo deſocupado.* Tempus vacuum, liberum.

*Deſojarſe el arbol.* Folia ex arbore decidere. frondes arborem amittere. *Deſojarſe en mirar algo.* Aciem oculorum in aliquam rem intendere. A tentè, diligenter librum euoluere. inſpicere. *Por mas que vno ſe deſoje, tropezara en tãtas ocaſiones.* Nemo eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nunquam offendat, nuſquam incurrat.

*Deſollar.* Pellem detrahere alicui, deglubere, excoriare pecus. *Si ſabe el viejo la burla, me ha de deſollar à açotes.* Corium perdidi, nam vbi ſenex ſenſerit, ſibi data eſſe verba, virgis dorſum deſpoliabit meum.

*Deſordenar.* Ordinem perturbare. *Deſordenado.* Inordinatus, incompo-

poſitus homo, præpoſterus, atque peruerſus. *Deſordenadamẽte.* Immodicè, immoderatè, præter ordinem. *Deſorden.* Intemperantia, æ. Immoderatio, luxus, us.

*Deſouar la gallina.* Excludere oua *Las pazes* Parere oua.

*Deſpachar negocios.* Expedio, abſoluo, conficio rem, negotia. *Menſajero.* Remitto nuncium, expedio. *Deſpachar a vno a la otra vida.* Et multos demiſimus Orco. *Deſpachos.* Vide, *Recados.*

*Deſpartir.* Se pacificatorem, & mediũ interponere, ſeditionem ſedare. Vide, *Paz.*

*Deſpalmar la nube.* Vide, *Calafetear.*

*Deſaparecer.* Euâneo, es, euaneſco, is, è conſpectu noſtro ſe proripuit, ex oculis euolauit, diſparuit.

*Deſpauilar la candela.* mungere lucernam lychnum. *Deſpauila eſſe ingenio.* Excute ingenij lumen, explica, & excita mentem,

*eſ pearſe.* *Deſpeado vengo.* Ita fatigatũ & laſſum me ſentio de via, vt gradum ferre nequam, nec pedibus conſiſtere valeam.

*Deſpecho.* Iacunda deſperatio, rabies ex deſperatione rei; & furor. *Deſpachado.* In furorem, & rabiã præ deſperatione actus, erumpens. *A deſpecho mio hize eſto.* Contra meam voluntatem, me inuito, & dolente, & gemente id egit.

*Deſpechugar.* Expapillo, as. Aperire pectus, denudare.

*Deſpedazar.* Diſcerpo, lacero, dilacero, lanio, as, carpo, is.

*Deſpedir negando algo.* Renuere. *Al criado.* Dimittere famulum, miſſum facere. *Al ſoldado.* Commentum illi dare. *La amiſtad.* Familiaritatem, aut hoſpitium alicui renunciare. *Deſpedirſe.* Vele alicui dicere, digredi, diſcedere, abire cum bona gratia, dictaque ſalute. *Deſpedimosle con lagrimas en los ojos.* Abeuntem lachrymis, & votis proſecuti ſumus. *A Dios caſa, que de ti para nunca mas verte me deſpido.* Limen ſuperum, inferumque ſalue, ſimul autem vale. Hunc hodie poſtremum ex tecto me à domo patria pedem, Vſus, fructus, victus, cultus iam mihi harum, ædium interemptus eſt, interfectus eſt, alienatus eſt. *A Dios, que me mudo.* Conſerui, conſeruæquæ omnes bene valete, & viuite, migramus hinc.

*Deſpedida.* Abitus, us, diſceſſus, us.

*Deſpejar la plaza.* Expedire forum, ſe mouere, remouere turbam.

*Deſpegar.* Reuellere aliquid. *Deſpegarſe.* Solui, deglutinari. *Hombre deſpegado.* Aſper, auſterus, qui ſe ſubtrahit ab hominum congreſſu. *Deſpego.* Auerſio, fuga hominum.

*Deſpeluzarſe los cabellos.* Horrere pilos. Stare comas, horrore, pilos ſurrigi, Vt ſpectrum vidi, ſubito cohorrui.

*Deſpenar.* Moleſtiam alicui eripere extrahere doloris aculleum, acerbitate libtrare, leuare, luctuque ſoluere afflictum, & erigere.

*Deſpender.* Expendo, is. Vide, *Gaſtar.*

*Deſpenſa.* Penus, us. Promptuarium. *Deſpenſa vino.* Vinum ſecun-

cundatium, dilutum, vinac eũ. *Deſpenſero que guarda.* Promus condus. *Que compra.* Obſonator.

*Deſpenſar.* Præcipitem aliquem agere, dere, deijcere, exturbare, præcipitare. *Deſpeñarſe.* Ruere præcipitem. *Hombre deſpeñado.* Temerarius con filiis, præceps, ac deuius. *Deſpeñadero.* Præceps locus, præruptus. Præcipitium.

*Deſpepitado.* Furore correptus, plenus inconſideratiſsimæ, ac dementiſsimæ temeritatis.

*Deſperdiciar la hazienda.* Bona prodigere dilapidare, profundere, decoquere diſperdere, diſsipare, diſtrahere fortunas.

*Deſpertar a alguno.* E ſomno excitare dormientem, expergefacere. *Deſpertar el miſmo.* Expergiſcor, eris, ſomno ſolui, è ſomno excitari. Excutere ſomnum. *Deſpertarſe, mouerſe a algo.* Exercitare ſe ipſum animum erigere. Vide, *Animar. Exortar. Deſpertador.* Excitator. *En el relox.* Cymbalum, vel tintinabulum crebro pulſo dormientem ad ſtatam horam excitans. *Hombre deſpierto.* Experrectus, vigilans. *En ſus negocios.* Acer, ſolers, intentus. *Muy deſpierto hago lo que mi amo me manda.* Non ſoleo ego ſomnicolosè herilia imperia perſequi.

*Deſpeſtarrado.* Lace, is. Pannis actus male diſciſsà veſte.

*Deſpiojar.* Pediculos deducere.

*Deſpuntoſeme el negocio.* Spe èxidi, ſors mihi læua fuit. Pro virgine cerua.

*Deſplacer.* Diſpliceo, es.

*Deſplegar.* Explico, as. extendo. is.

*Deſplomarſe la pared.* Rimas agere, & ruinam minari parietem, deſidere vitium facere.

*Deſplumar.* Plumas euellere, extrahere.

*Deſpoblado.* Solitùdo, nis. Vaſta harèmus. *Deſpobladas eſtàn muchas Ciudades.* Plurimæ vrbes, baſtatæ deſertæ ſunt, ſuos ciues deſiderant, ciuibus orbæ, magna eſt in multis vrbibus ſolitudo. Campus vbi Troia fuit.

*Deſpojar.* Spolio, expilo, as, nudo, as, ſpolijs exuere hoſtem, illi ſpolia detrahere, auferre. *Deſpojos.* Spolia, orum, exuniæ. *Del Capitam.* Manubiæ. *Los quitados al Capitan, ò contrario.* Opima ſpolia. *De ſerpiente.* Exuuiæ, liberis idis. *Deſpojarſe para ſer azotado.* Nudare, aperire terga verberibus cædenda. *Cargado de deſpojos.* Onuſtus, ornatus hoſtium ſpolijs.

*Deſpoluorear.* Poluiſculos ſpargere. *Por quitar el poluo.* Executere puluerem. *Por darſe maña.* Expedire ſe, & explicare guauè negotijs.

*Deſpoſado.* Sponſus, i. *Deſpoſada.* Sponſa, deſponſa, æ. *Deſpoſar a la hija.* Deſpondere alicui filiam, deſtinare, promittere, locare. *Deſpoſarſe ellos.* Sponſalia contrahere, alterum alteri ſe deſpondere, & in coniugium paciſci. *Deſpoſorios.* Sponſalia. Fœdera pacta, mutua repromiſsio futurarum nuptiarum.

*Deſpotico dominio.* Deſpotica dominatio regia. *Deſpoticamente* Regiè.

*Deſpreciar*.contemno,negligo,deſpicio.Vid.,*Menoſpreciar*.*Deſpreciado*. Deſpicatiſsimus. Vide, *Abatido*. *Deſprecio*. Diſpicientia,contemptus us.

*Deſpues*.Poſtea, deinde,ſubinde. *Deſpues que*.Poſteaquam,vbi poſtquam. *Deſpues de ſu muerte*. A morte,vel poſt mortem ſuam. *Deſpues que el mundo es mundo*.Poſt hominum memoriam, poſt natos homines. *Deſpues de Dios me diſte la vida*. Poſt Deum me tibi totum debeo.

*Deſpuntar*. Obtundere, aciem gladij, cuſpidem infringere. *Deſpues de agudo*. Suis ſe acuminibus pungit. *Deſpunta el alua*. Illuceſcit aurora. Iam eſt roſcis prouicta equis. Irradiat dies,ſol.

*Deſquartizar*. In quatuor partes, ſiue fruſtra diuidere, ſecare, incidere miſerum cadauer.

*Deſquiciar*.cardine euertere fores, euellere.*El negocio*.Res tota inuerſa & negotium eſt permutatum.

*Deſquitarſe*. Vide,*Recompenſarſe del juego*. Ex magnis detrimentis in ludo paulatim retrahere ſe.

*Deſquixarar*.conuellere maxilias.

*Deſreglado*.Abnormis,præter normã. *En comida*.Vide,*Deſtemplado*.

*Deſtajo*.Operis locatio. *Dar adeſtajo*. Opus faciendum locare. *Tomar*. Redimere, vnde operis redemptio. *Deſtajero*. Locator operis. *Deſtajar, ò hazer la quenta por menudo*. Minutatim rationem ſubducere.Rem per ſingulas partes æſtimare.

*Deſtapar deſcubriendo*.Detegere,reuelare.*Quitar el tapon*.Operculum detrahere, vel obicem compreſtæ aquæ & retardatæ.

*Deſtemplado*.Intemperatus immoderatus.*Inſtrumento*. Diſſonum inſtrumentum cuius fides nec ad ſonum nec ad numerũ extentæ ſunt. *Deſtemplança*.Intemperantia,æ.*Deſtempladamente*.Intemperanter,immodicè.

*Deſterrar*.Exilio multare hominem,in exilium mittere,eijcere,pellere,relegare,amandare ex aula aliquem, proſcribere, à ciuitate excludere, vltra decimum lapidam remouere, aqua & igni interdicere,vrbem alicui in perpetuum præcludere. *Deſtierro*.Exilium,ij,relegatio. *Deſterrado*.Qui exulat,exul agitur,errat extortis.*Y al deſtierro*. Subire mulctam exilij.In exilium ire, proficiſci.*Alzar el deſtierro*.Reducere reuocare aliquem ab exilio,patriæque reddere,reſtituere.

*Deteſtar*.Ablacto,as. Ab vberibus remouere, depellere ab vberibus Vbera lactea infãti ſubducere,ſubtrahere.*Con eſto me deteſtè*. Hoc cũ ipſo lacte ſuxi.

*Deſtexer*.Retexo,extexo,is. *Todo ſe le và en texer, y deſtexer*. Penolopes tela.

*Deſtinar*. Deſtino,as.*Deſtino*. Fatum, i.

*Deſtorcer*.Diſtorqueo, indiuerſum retorquere.

*Deſtral, ò ſegur*.Securis,is.

*Deſtrauar*.Refigo,is,diſſoluo.

*Deſtreza*.Induſtria, æ. Artificium,ij. Peritia,dexteritas,tis.

*Deſtriuar terrones*. Occare,glebas cõfringere.Vide,*Terrones*.

*Deſtrocar*. Commutationem reſcindere, mutuo ſuum cuique reddere.

*Deſtrozar*. Cædere, perdere, deſtruere, extirpare. *Deſtrozo*. Cædes, ſtrages.

*Deſtruir*. Deſtruo, is, exſcindo, is, euerto, vaſto, as. *Con las guerras ſe han deſtruydo muchas Ciudades*. Diuturnis bellis multæ vrbes interierunt, corruerunt. Solo æquatæ ſunt ad exitum, & vaſtitatem vocatæ. Frequentes hoſtium incurſiones multis vrbibus excidium, ruinam, & interitum attulerunt. Extinctæ, euerſæ delatæ, funditus exciſæ iacuerunt. Nec imago, nec veſtigium quidem vrbis relictum eſt. *Deſtruyò con ſu mal gouierno eſte Corregidor la Republica*. Prætor hic auaritia, & ſcelere ſuo Rempublicam funditus euertit, eius ſanguiné helluatus eſt, exhauſit. *No me acabeys de eſtruir*. Ne me perditum perdas, fortunarum reliquias mearum proijcias, & præcipitem impellas. Gãgrænam ne meo malo addas. *Deſtruycion*. Excidium, pernicies, peſtis, calamitas, interitus depopulatio, vaſtatio, nis. *Deſtruidor*. Euerſor, depopulator, oris.

*Deſuñir, ò deſuncir*. Disiungo. Se iungere equos. *Deſuncir, mudando los cauallos*. Transiugo, iugalium loca mutare.

*Deſvnion*. Schiſma, tis. *Diſcordia*. Voluntatum, & ſententiarium diſsidium.

*Deſuſar*. Deſſuefacio, is. *Deſuſada coſa*. Deſuefactus, a, m. A conſuetudine deſueta res, remota, cuius vſus iam deſijt, & in deſuetudinem abijt, obſoleta res eſt.

*Deſuſtanciarſe*. Extenuari, debilitari, & frangi viribus vim, & virtutem amittere naturę. *La tierra*. Amnis terram abluit, cuiſcerat exedit.

*Deſvan*. Laquear, aris. Lacus, us.

*Deſvanecer a alguno* Blanda orationis vanitate aliquem ventoſum reddere, ventum alicui querere, colligere. *Deſvanecerſe*. Leuitate ferri, vanitate duci, euaneſcere. *Deſvanecido deſta ſuerte*. Ventoſus homo vanus, leuis. *Deſvanecerſele la cabeza*. Vertiginem patitur. *Deſvanecimiento*. Vertigo, inis. *Coſa deſvanecida*. Euanidus, a, m.

*Deſvariar*. Deliro, as. Deſipio, inſanio, is. *Deſvario*. Deliramentum, i, inſania, error, ris.

*Deſvelarſe*. Noctes inſomnes traducere, nullam ſomni parté, aut quietis capere, inſomnem eſſe euigilare.

*Deſventura* Infortunium. Vide *Deſdicha*. *Deſventurado*. Miſer. Natus infauſto ſydere, aduerſo, fato, & miſerrimo, Vide, *Deſdichado*.

*Deſverguença*. Impudentia, petulantia, procacitas, improbitas, tis. *Grãde es la deſverguença deſte*. Ad cũcta ſcelera, & flagitia, impudẽtiſsimus adoleſcẽs os perfricuit, pudoris repagula perfregit. Modeſtię verecũdiæ, aut pudoris in perfricta illius frõte, ne veſtigiũ quidé, aut ſignũ reſtitit. Omnes verecũdię trãſijt fines. Rubeã tincturã nó cognoſcit, tã procul à pudore abeſt. Impudentiſsimum, importuniſsimumq; os vbique oſtentat. *Deſvergonçado*. Inuerecundus, impudens, proteruus, pro-

procax duriſsimo ore, & perfricta fronte.

*Deſviar a otro del camino.* Aliquem de via, vel via deflectere, deducere. *Deſviarſe.* Diſcedo, is, diuerto, decedo, de via aberro. *Deſviada coſa.* Deuius, a, um, *Deſvio del camino.* Aberratio, auerſio.

*Detener.* Detineo, retineo, es, moror, aris, Tardo, as. *Temo no me detengan.* Metus ſubeſt, ne remora mihi illic, aut manus iniecta per beneuolentiam fiat. *Eſto me detiene, que no me vaya.* Hæc cauſa me abſtinuit, continuit ab aditu, quando tempus ventuſque vocabāt. Patria mihi manus iniecit, & cunctus ſuffragijs verat diſcedere. Ratio, & mos obligant, nec eius ſoluere vincula poſſumus, valetudo intercedit, & alas mihi iam ſubuolanti intercidit. Vide, *Impedir.* *Detenerſe.* Commorari in aliqua re, vel loco, manere, ſubſiſtere, conſiſtere. *Detenerſe reparando en algo.* Cunctari. Reprimere ſe, gradum referre, & cautius agere. *Detenimiento.* Mora cunctatio, commoratio. Impedimentum.

*Determinar.* Decerno, conſtituo, is, *Determinado tengo de irme.* Conſtitutum, deliberatum, certum mihi eſt ab ire. Decreui, ſtatui, in animum induxi, conſiliū abeundi ſuſcepi. *Determinacion.* Deliberatio, conſilium. *Determinar como Iuez.* Decernere, ſancire, cenſere aliquid decretum de aliqua re facere. *Tal determinacion.* Decretū ſanctio, nis, lex. *Determinado a hazer algo, y determinadamente.* Vide, *Reſuelto.*

*De todas partes.* Vndique.

*De todo punto.* Omnino, prorſus, penitus.

*Detras.* Poſt retro ponè, à tergo.

*De traues.* Detranſuerſo obliquè.

*Deuanar o ouillar.* Glomero, as, fila in globi figurā deducendo formare ſeu conuoluo. *Deuanadera.* Harpedone, es. Rota glomeraria.

*Deuanear.* Deliro as,

*Deuda.* Debitum, i, as, ris. *Con la enfermedad eſtoy cargado de deudas.* Magnū æs alienum mihi morbus attulit, Ægritudinis ſumptus omnes mihi exhauſit fortunas, & creditoribus multis addixit. Morbi causà debita magna contraxi, habui, feci graue æs alienum. Obſtrictus, oppreſſus, obrutus ſum ęre graue alieno, & vſque ad animam debeo. *Ya paguè mis deudas* Emerſi ex hoc ęris alieno. Scyllę ofreto, leuatus tā graui æris alieni onere, liberatus fui; æs alienum diſſolui. Ne minimum quidem obulum debeo. *Algunas deudillas me quedan.* Aliquantulum æris alieni mihi relictum eſt. *Quiē a nadie deue, muy rico eſtà.* Felix, qui nihil debet. Qui nulli debet fortunatiſsimus eſt *El que deue, ſiempre anda en trampas.* Qui ſunt obærati, ſæpius coguntur mentiri. *Mil ducados me deueys, y no blanca menos.* Mille aureos ad libellam mihi debes. *Deudor.* Debitor, oris.

*Deuer.* Debeo, es. *Hazer vno ſu deuer.* Suum officium, & fidem præſtare ſequi, ſeruare, colere, perſoluere. Munus ſuum diligenter, integre, innocenter obire. Curare ne ſuo offi-

officio, aut muneri aliqua ex parte, deſit non ſatisfaciat. Non intermittere, deſerere ſuum officium, neque ab illo diſcedere, aut vnquam requiri & deſiderari permittere. conſcientia ſuorum officiorum delactari. Egregiè munere, officio perfungi tuo. *Deuuos quanto tē go* Quæ habeo omnia tibi accepta refero.

*De veras.* Verè re vera, profectò.

*Deuocion.* Pietas, tis, religio. *Deuoto.* Pius religioſus, qui pietatem colit, pietate inſignis, religionis laude clariſsimus, valde cōmendatus. Pietatis cultor egregius. Qui ſe totum Deo, pietatiſq; & religionis operibus addixit, deuouit, ſacrauit, dicauit, mancipauit Vide. *Virtuoſo Deuotamente.* Piè, ſanctèq;re, ligioſè, magna cū religione, & pietate. *Mueueme eſta deuocion.* Hęc pietas animum meum tangit, percellit. Subit animum huiu locis veneratio, & religio.

*Dexar de hazer algo.* Manum de tabula tollere, deſinere deſiſtere, ceſſare. *Peſame auer dexado de eſcriuiros.* Pœnitet me intercapedinem ſcribendi feciſſe. *Dexo eſto, que es eſcabroſo.* Salebrā hanc tranſeo ſermonis volante iſto curru. Etſi inſtructa naui hoc mare ingreſſus orationis eram contraho vela, inhibeoque remos. Satis ſatis manum & mentem ab his ſordibus abſtineo. Vide, *Fin. Dexar algo de las manos.* Deponere, ponere aliquid de manibus Miſſum facere, abijcere. *Dexar deſamparar.* Defero, deſtituo relinquo. *Dexar por algun tiempo.*



Intermitto interrumpo. *Para otro tiempo* Reijcio. Vide, *Dilatar. Dexar el cargo* Defungi munere, abire à munere. Abdicare ſe magiſtratu. *Dexar memoria de ſi.* Suum nomen immortalitati, poſteritati mādare, commendare, conſecrare ſempiternæ. *Dexemonos de quentos.* Hæc miſſa faciamus, abeamus, abſtineamus à fabellis, & anilibus narratiunculis. *Dexemos eſſo.* Omittamus prætermittamus iſta. *Dexònos con deſeo.* Sui nobis deſiderium reliquit, ſic guſtum deliniuit noſtrum, vt reguſtare placeret. *Dexar el mūdo.* Rebus omnibus nuncium remittere. Vide, *Religion. Dexar el pellejo.* Vide, *Morir. Dexaos de vozes.* Adopus, & remmanus. Verbis & ſermonibus ſuperſedeas. *Dexad algo para los amigos.* Reliquid quidquam, & medis. *Dexado a parte.* His miſsis, omiſsis. Præterea. *Hombre dexado.* Curas abijciens negligens. De nulla re curans, neque laborans. Curis ſolutus omnibus. *Dexacion de algo.* Abalienatio, ceſsio, nis. *Dexo de alguna coſa.* Finis, is, exitus. *Por deſcuydo.* Negligentia, æ.

*Dezir* Dico, is, aio, is, loquor, eris. *Todos dizen eſto.* Hoc omniū ſermonibus celebratur. De hac re creber, celebris eſt ſermo, vulgo, paſsim hoc dictant, aiunt, prædicant, vſurpant ſermonibus, fatentur, perhibent, hæc omnium fama verberat aures, volitat per ora virum. Lippis & toſoribus notiſsiorum, omnium tritum ſermonibus, & linguis. Viæ, fora, compita diſsipatis

his

his ſunt plena tumoribus. In ore eſt omni populo. *Todos dizen bien de vos.* Vide, *Alabar. Mal.* Vide, *Murmurar. Dezir en ſuma.* Strictim dicere. Vide *Breue. Dezir contando algo.* Commemoro. Vide, *Contar. De burlas.* Vide. *Burla. Diga lo que dixeren, yo lo tengo de hazer.* Quodcumque ſit hominum de me iudicium. Quidquid de meo facto, iudicent, homines, quantumuis in voculas hominũ, & ſermones incidant. Suũ cuique velle, iudicium, ſibi ſermo ſit effitiam tamen, quod propoſui. *Lo que todos dizen es, ò quiere ſer.* Nõ omnino temerè eſt, quod vulgus dictitat. *Ello ſe lo dize.* Hirundo æſtatem loquitur, res ipſa loquitur. *Eſto dize bien con eſto otro.* Mirifice hoc cum illo cõuenit, cohæret. *Que me dizes haga?* Quid mihi nunc es actor, vt faciam? *Dime eſſo preſto.* Expedi mihi hoc. *Bien me dizes en eſſo.* Benè mones. *No te lo dixe yo?* Edixine tibi? An non dixi hoc eſſe futurum! *Mil vezes me lo dixo.* Ex ipſo millies audiui. *Dixele de vna haſta ciento.* Plura ex me audiuit, & malas, quam audiuit vnquam Clinia ex Demetrio. *Vno dize ceſta, otro ballesta.* Alter de alijs loquitur, reſpõdet alter de cæpis. *Deziros he lo que ſiento.* Teſtatum apud animum tuũ relinquam, quod ſentiam. *Dezir ſu dicho con iuramento.* Teſtimonium religioſsè ſanctèque dicere. Teſtimonij religionem, & fidem ſanctè colere. *No puedo dezir en eſſo con buena conciencia.* Quæ iubes dicere non poſſum, impedit religio. *Dixiſtes contra mi.* Aculeum teſtimonij tu in me cõuertiſti. *Es impoſsible dezir quanto malo ay en ti.* Trecentis verſibus mas impuritates loqui nemo poteſt. *Dezidor.* Dicax. Dicaculus. *Hombres dezidores ſon poco graues.* Loci multum de grauitate decerpunt. Hominibus facetis, & dicacibus difficillimum eſt ſeruare dignitatem ſuam.

*Dezeno en orden.* Dezimus, a, um. *Dezena.* Denarius numerus. Decem.

*Deziembre.* December, is.

*Dezmar.* Decimam quamque partem detrahere, dare. Decimare. *Diezmo* Decimæ, arum. Decumanus fructus. *Dezmero que coge los diezmos.* Collector, receptor decimarum, vel decumanus. *El que diezma, ò eſtà ſugeto a diezmos.* Decumanus ageri. *Para el diezmo, el pollo es ſermo.* Intellina adolens, ipſe carnes decorat.

## D ante I.

*D I A.* Dies, ei. *Dias de la ſemana.* Vide, in ſuis locis, vt Domingo, &c. *Dia del nacimiento de cada vno.* Natales, is. Natalis, is. Natalitia, orum. *Del Bautizo.* Dies luſtricus. *Dia de ir a Conſejo.* Comitialis dies. *Dias caniculares.* Caniculares dies, quibus flagrat Syrius. *Dias mas cortos del año.* Bruma, æ. *En que ſe comiença algo.* Auſpicalis, initialis dies. *De entre ſemana.* Profeſtus, indicialis. *De holgar.* Feriæ, arum. dies otioſus, quieti aſsignatus. *De fieſta.* Feſtus dies Diuo ſacer alicui, conſecratus, dicatus. *De difuntos.* Feralia Februaria. *En que vno muere.* Dies emortualis. *Dia ſeñalado,*

*ò em-*

ò *emplazado*. Conſtituta dies. *Dias baziagos* Inauſpicati dies, atri, infauiti, infelices, poſt triduani. *Dias felices*. Bonus dies, èphàretria, candido calculo, vel margarita notatus inſignis. Fortunatus dies, multis cōmoditatibus oneratus. *Dia de viſieſſo*. Intercalaris dies. *Dia de ayer*. Heſternus dies. *De oy*. Hodiernus. *Deſpues de mañana*. Perèndinus Perendirè. *Dia, y vi. o*. In diem viuere. *Dia, y noche*. Diu, noctuque, dies noctēſque. *No sō vnos todos los dias*. Ipſa dies, quando que parens, quā do que nouerca. Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget. *El buen dia, meterle en caſa*. Soli lucenti aperienda eſt feneſtra. *No en mis dias*. Non dum vita ſuperàuerit, dū vixero, hoc fiet. *Hombre de dias* Vide, *Viejo*. *No es cada dia Santa Maria*. Foras Cares, non amplius Anthiſteria. Nec ſemper erunt Saturnalia. *Mas dias ay que longanizas*. Nondum omnium dierum Sol òccidit. *Ser de dia*. Illuceſcere. Vide, *Amanecer*. *No quiſiera ver dia tan baziago* Huic diei, ſi liceret, oculos effoderem libeus: ita me malignitate onerauit. *Yo le darè vn mal dia ſi le topo*. Si inueniā exitiabilē ego illa faciā hunc, vt ſciat, diem. *Hechemos a mal eſte dia*. Sepulchrum habeamus, atq; hunc cōburamus diē. *Deme Dios buena ſuerte eſte dia*. Deus da diē hūc ſoſpitē, quæſo, rebus meis agendis. *De aqui a pocos dias*. Propè diē. *Coſa de vn dia*. Diernus. *Ya es de dia*. Iam dies illuxit, ſe aperit dies. Vide, *Amanecer*. *Coſa antes del dia*. Sublucanus, antelucānus. *Buenos dias os dè Dios* Felix, & fauſtum ſit lumen, Iuppiter plaut mel. Precor, vt hic dies tibi candidus illuceat. Felicem tibi deprecor lucem. *Dias ha* Iam diu, pride, multis ab hinc diebus. *Tres dias enteros ha*. Tres dies erant ipſi integri, toti cum, &c. *Diez dias ha que eſpero a mi padre*. Expectatio patris iā me hic decimum diem tenet. Decimus iam dies ellabitur, quo patrem deſidero. *Diario*. Diarum ij. Ephemeris, dis.

*Diablo*. Diabolus. Vide, *Demonio*. *Mil Diablos parece tiene el cuerpo*. Durei equi ſpeciem præbet.

*Dialogo*. Dialogus, drama, tis.

*Diacitron*. Cirreus cortex ſacharo, conditus.

*Diacono*. Diaconus, i.

*Dialtea*. Dia'thea, æ.

*Diamante*. Adamas, tis. *Diamantino*. Adamàtinus, a, m.

*Diadema*. Diadema, tis. Regum inſigne,

*Diaquilon*. Diachylon, nis.

*Diafano, tranſparente*. Diaphanus, pellucidus, perſpicus.

*Dibuxa*. Ectypum, i. Adumbratio. Graphis, idis. Ichnograpia. *Con lo que ſe dibuxa*. Graphium. *Quien te mete en dibuxos*? Quare ſimultates inutiles, & non neceſſarias ſuſcipis. *Dibuxar*. Adumbrare, primas lineas ducere.

*Diſcernir*. Diſcerno, diiudico, as.

*Diciplina con que azotan*. Flagellum, i. Verber, ris. *De muchos juntos*. Flagellatio. *Enſeñança*. Diſciplina, Doctrina, æ. *Diſciplinar los ſoldados*. Milites exercere, & ab ipſis gra-

grauiſsimè exigere diſciplinā. *Diſciplinarſe.* Vide, *Azotarſe.*

*Dicha.* Felicitas, Fortuna proſpera, ſecunda. *Tiene gran dicha.* Semper illi feliciter cadunt Iouis taxilli, res omnes ſentētia cadunt fortunæ fauente. *Nadie tiene perpetua dicha.* Proſpera, æquabilis perpetuaque fortuna, ſecundo vitæ, ſine vlla offenſione, curſu contigit nemini. Vide, *Ventura.*

*Dichoſo.* Felix, fauſtus, fortunatus. *Dichoſamente.* Feliciter, fauſtè.

*Dichoſo en juizio.* Teſtimonium, teſtatio. *De comedias.* Primæ, vel ſecundæ partes agendæ. *Dicho gracioſo.* Dictum elegans. *De picaros, picardia.* Scurrile, vernile, illiberale, procax. *Que lindo dicho.* Facetè, lautè, lepidè nihil ſupra tuum dictū. *Picante.* Dicterium mordax, aculeata maledicentia. *Agudo.* Scitè acutè dictum. *Sentencioſo, y breue.* Apophthegma, aris. *Del dicho al fato, ay grande rato.* Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra. *Por dezir vn buen dicho, perderà vn amigo.* Dum ſibi dicto plaudit, amicum exturbat.

*Dictamen.* Legis, & rationis norma, In telligētia cœleſtis, naturæ præſcriptum, quod dictat, quæ agenda ſunt prohibetque contraria. *Rigeſe por ſus dictamenes.* Suo ducitur arbitratu. Vide, *Capricho.* *Tiene mal dictamen.* Malus illi genius afflat. Aberrat à vero ſæpe mens, non quæ ratio præſcribit, ſed quę libido ſuggerit, ratū habet. *Bueno.* Recta ſemper commentatur, conſiliū, & mēs illi ineſt prudentior, recti, verique tenax.

*Diente.* Dens, tis, *Delanteros.* Primores dentes, inciſores, tomici, geſalini. *De mas adentro.* Genuini, interni. *Que ſobreſalen.* Exertidentes. *El que aſsi los tiene.* Bronchus, i. *Aſsiento de los dientes.* Mortariola, loculamēta, orū. *Orden de los dientes.* Seri s, ſepes, maceria. *Hōbre de grandes dientes.* Dento, nis, dentatus. *Eſtar à lite.* Canis circum inteſtina. *Dentera.* Stupor dentium. *Mas cerca eſtan mis dientes, que mis parientes.* Omnes ſibi melius eſſe malunt, quam alteri. *Dar diente con diente.* Frigore tremulo quati corpus adſtridorem dentium. *Moſtrarle dientes.* Reſiſtere, conatibus alicuius obſtare. *No me entra de los dientes adentro.* Nec ſu mmis laoris guſtare i lū p ſ ſum. *Valiente por el diente.* Dēte & ventre potens, timendaſque. *Aqui me nacieron los dientes.* Hanc patriā meam cognoſco. Hæc me genuit, aluit & educauit tellus. *A pā duro, diente agudo.* Remedio amare bilē, amarā diluere. Malo nodo malus querendus eſt cuneus. *Quebrarte he los dientes.* Omnes dentes labefaciā tibi. Næ tibi haud longè eſt os ab infortunio, ita denti fiāgibula hęc meis manibus geſtiunt. At iā crepabunt manu mea malæ tibi. Exedentabo tibi os. *Con que ſe limpian los dientes,* Odontotrimma. *Con que ſe ſacan.* Dentarpaga, Odontagia. *Dientes de ajo.* Nucleus, ei, caput allij, & ſpica.

*Dieſtra.* Dextera, æ. Dextra, æ. *Dieſtro.* Dexter, a, m. *Dieſtro en algun arte.* Peritus, experientiſsimus in re aliqua gerenda, arteque tractanda,

da acer, & induſtrius. *Lleuar la beſtia del dieſtro.* Eundem equum ducere. *A dieſtro, y ſinieſtro.* Læua, dextraque ferre, veritate aliquid.

**Dieta** Inedia, æ. Victus ratio à medicis præſcripta, cibi, potuſque parſimonia. *Guardar dieta.* Parcû cibi, potuque eſſe, abſtinere à victu, à lege, & modo à medico præſcripto non diſcedere. *Dieta, ò Cortes de Principes.* Comitia, orum.

**Diez.** Decem. *Diez vezes.* Decies *Diez vezes diez.* Centies. *Diez vezes ciento.* Millies. *Diez mil vezes.* Decies millies. *Diez y ſeys.* Sexdecim, vel decem, & ſex *Diez y ſiete.* Decem, & ſepaem. *Diez y ocho.* Duo de viginti, vel octodecim. *Diez y nueue.* Vnde viginti, decem, & nouê. *Diezes del Roſario.* Vndecimus quiſque orbiculus precarius craſsior. *Diezmos.* Vide, *Dezmar.*

**Diferencia.** Diſcrimen, inis, differentia. *Mucha diferencia va entre vueſtros intentos, y los mios.* Magnum eſt inter mea, tuaque conſilia diſcrimen, diuortium, diſsidium, interuallum. Noſtrorum conſiliorum diſsimilitudo ingês. Noſtra à tuis valde diſſentiunt, diſcrepant conſilia, & rationes. Quid diſtant æra lupinis, mea à tuis cogitationes abſunt. *Diferenciarſe.* Differre, diſtare aliquid ab aliquo abhorrere, longe, procul abeſſe. Mores longè virgini, ac lupæ diuertunt. *Tienen diferencia entre ſi.* Simultates crebæ inter illos feruntur. Vide, *Diſcordia.* *Diferenciar, apartar vna coſa de otra.* Diſcenere, diſtinguere, ſeiungere alia ab aliis, verum à falſo internoſcere. Habere diſcrimen in aliqua re. Aliter, catuli aliter olent ſues. *Diferente coſa.* Alius, diuerſus, diſsimilis. *Diferente es mi ſuerte, que la vueſtra.* Longe alia conditione ſum, ac cęteri.

*Diferir.* Vide. *Dilatar.*

*Dificil coſa.* Difficilis, habens multum difficultatis, in quo multum eſt negotij ardua res.

*Dificultad.* Difficultas, tis. *Mucha dificultad tiene eſte negocio.* Plurimum res habet difficultatis, operæ, negotij, & laboris ſatis laborioſa, difficilis res eſt, & operoſa. Digito mihi videor cœlum tangere in hac re, ſummi operis molem ſubimus, & duram ſortimur prouinciã. Tragulam nobis à latere inijcere videtur hæc res. *En gran dificultad nos vemos.* In magnam difficultatẽ incidimus, in nodum difficilem incurrimus, deuenimus, delapſi ſum⁹. Verſamur in difficultate magna. Inter ſaxum, & ſacrum ſumus conſtituti. In multos impingimus ſcopulos, & multis obhæreſcimus vadis. Saliuam, hoc mihi mouet. Si eſt nodus, aut Gryphus. Vada, & ſcopuli ſunt, & ludibrium debet ventis, qui non cauet. Per extẽtum funem imus, & clauam Herculi extorquemus. *Sali bien de la dificultad.* Ex captioſis his quęſtionum laqueis mei ſubtiliter expediui, eripui, Ex ijs difficultatibus tanquam è ſcrupuloſis cotibus enauigauit oratio. Superaui omnes illius difficultatis ſcopulos, & plenis velis in-

inuchi me poſſevidtor in portum. O, pottunè manum ſubtraxi? Miſo ne felicius inter hiantea has rimas quam me arctè premiebant. *Dificul toſa coſa.* Difficilis,e. *Tones tificultad donde no la ay.* Nodum in ſcirpo quæris. *Dificultar.* Difficultaté afferre, proponere, nubem rei claræ effundere, obducere. *Dificultoſamente* Difficilè, difficulter.

*Difinir.* Definio is. *Difinicion.* Definitio,onis, ddiſcreptio,ntis.

*Diforme.* Deformis,è turpis,è. *Difor midad.* Deformitas turpitudo,nis.

*Difundir.* Diffundo,is. *Difuſamẽte.* Duf fusè. Diſperſe. *Difuſo.* Verboſus. Multiloquus,locutuleius.

*Difunto.* Qui vita functus eſt, ex mortali exceſsit vita. Vide, *Morir.*

*Digerir el manjar.* Digero,is, cōcoquo is. *Algun negocio.* Rectè diſponere, diſcrete digerere. *Digeſtion.* Concoctio, digeſtio,nis. *Negocio de mala digeſtion.* Res, negotium, arduũ, durum, difficile.

*Digeſtos.* Digeſta volumina.

*Digna coſa.* Dignus,a,m. *Digno es vueſtro hermano, de que todos le alaben.* Eſt frater tus dignus, quem omnes ſummis efferant laudibus. Pro merito, & digditate laudab lis. *Dignidad.* Dignitas,tis, honor. *Eſta pueſto en grande dignidad.* Ad altiſsimũ honoris gradum aſcendit, cuectus, prouectus, pro notus eſt. Situs, cōſtitutus, collocatus inſublimi dignitatis gaadu. *Dignarſe.* Dignor, aris.

*Digreſsion.* Diuerticulum. Vide, *Propoſito.*

*Dilatar.* Differre, raijcere aliquid in futurum tempus. Prorogare, producere rem, procraſtinare. *Dilatar los fines, ò terminos.* Propagare imperij fines, extendere, dilatare. *Dilatar la vida.* Propagare vitam in ſæcula multa, producere. *Dilatarſe ſer largo.* Vide, *Largo. Dilacion.* Dilatio, mora, prolatio, retardatio. *De tiempo.* Procraſtinatio propagatio temporis prorogatio, compendinatio.

*Diligente.* Diligens, ſedulus,a,m. Solers,tis, officioſus induſtrius. *Diligencia.* Diligentia,æ. Sedulitas,tis. Vigilontia, nauitas, impigritas. *Põdre en eſto toda mi diligencia.* Quã diligentiſsimè hanc rem geram, tractabo. Omnẽ in hanc re diligentiam habebo, egregiã, nouam, ſingularem, accuratiſsimam adhibebo huic negotio Excitabo omnem animaduerſionem, & diligentiã vt hæc res feliciter cadat, nullu neque non mouebo lapidem in hac re diligenter conficienda. *Diligentemente* Diligenter, ſtudiosè, ſolerter, accuratè, impigrè, grauiter. *Diligenciero.* Attentus, & diligens negotiorum procurator. *La diligẽcia es madre de la buena ventura.* Diligentia induſtria, & ſolertia fortunam pariunt, & comparant felicem. Cõfiãdo Græci Troia potiti ſunt.

*Diluuio.* Elluuio terrarum, mira proluuies, magna vis àquæ, cataclyſmus inundatio ab'uuium.

*Diminuir, ò diſminuir.* Imminuo, is. Atteuuo,as, decrepo,is, ad paucio ra redigo. *Diſminuir gaſtandoſe.* Detero,is. *Diminucion.* Imminutio, diminutio.

*Di-*

*Dinero.* Numus, numiſma: vel nomiſma, atis. *Mucho en cãtidad.* Numatio, numorum affluentia copia. *Dinero, ò coſa que lo vale.* Pecunia. *Dinerillo.* Numulus. *Por dinero bayla el perro.* Pecuniæ obediunt omnia. *El dinero bien huele ſalga de donde ſaliere.* Lucri bonus eſt odor ex re qualibet. *O lo que puede el dinero!* Quantũ vbique poſſunt duo oboli! Et genus, & formã Regina pecunia donat. Sparſi redemerunt crimina nummi. *Dinero de contado.* Argumentum præſentarium, pecunia numerata. *Dinero ocioſo ſin ganancia.* Numi vacui, pecunia otioſa, quæ nõ occupatur aut exercetur. *Dado a ganancia.* Quęſtuoſa pecunia, vel fœnore occupata, collocata. Facere pecuniam quęſtuosã. *Corre poco dinero.* Verſamur in mira pecuniarum difficultate, anguſtijs & penuria. *Tiene mucho dinero.* Ad magnam peruènit pecuniarum vim. Grandis pecunię congreſsis aceruos. Innumerabilem numorum ſummam habet. Cum illius numatione nullæ ſunt fortunæ comparandæ, benè numatus, pecunioſus eſt. Vide, *Rico.*

*Dioceſis.* Diœceſis, iuriſdictio, nis.

*Eſcurrirſe lo liquido.* Hac, & illac perfluere, diffluere liquorem, exprimi guttàtim aliquid. *Eſcurrirſe, ò eſcaparſe.* Vide, *Eſcaparſe. Eſcurriduras.* Fœces quiſquiliæ, arum. *Andas por las eſcurriduras.* Deſœce hauris.

*Eſcuſar alguna coſa ò rehuſarla.* Recuſare ſubterfugere rem. *Eſcuſarſe, ò diſculparſe.* Purgare ſe ratione reddita, excuſatione vti. Se tueri, extra culpam ponere, dicere, prætexere cauſam, & prætendere excuſationis velamen, culpam à ſe dimouere. *No eſcuſo eſto.* Quod neceſſe habeo, vitare nõ poſſum. *Lo que ſe vſa, no ſe eſcuſa.* Contra morem, & vſum non eſt pugnandum, quæ fert vſus veniunt vtenda. *Eſſo es mas eſcuſar la culpa, que carecer de ella.* Culpam magis deprecaris, quam caues aut illa cares. *Ni te eſcuſo, ni te acuſo.* Neque argno te, ne que purgo. *Eſcuſa.* Excuſatio, cauſa, purgatio, ſatisfactio. *Recibirla.* Excuſationem accipere, admittere, ſatisfactum mihi eſt cumulatiſſimè. *Darla.* Vide, *Supra. Eſcuſarſe. Eſcuſada coſa.* Superuacaneus, ſuperuacuus, ſuperfluus. *Eſcuſado ſubſidio.* Vectigal Clero imperatum, excuſabile nemini.

*Eſſento.* Immunis, e, exemptum, liber. *Sin verguença.* Inuerecundus, impudés. *Eſſencion.* Immunitas, libertas.

*Eſſencia.* Natura vis.

*Esfera.* Sphæra, æ orbis, regio cœleſtis. *Eſto es de otra esfera.* Superioris claſsis, ordinis, & numeri hoc cenſetur.

*Esfinge.* Sphinx, ingis.

*Esforçar.* Animos alicui dare, addere, facere, confirmare hominem. Vide, *Animar. Esfuerço.* Animus, robur animi. *Por algun intento.* Niſus, conatus, us, molimen, inis. *Esforçarſe intentando algo.* Moliri, conari, contendere omni ope aliquid agendũ. *Esforçado.* Animoſus fortis, valens animo alto, & excelſo.

*Eſgrima.* Digladiatio, onis. *Iuego de ella.* Ludus gladiatorius, armorum exercitatio, & vmbra. *Eſgrimir.* Digladior, aris. *Con eſpadas,* ne-

*negras.* Rubibus batuere, obtuſis, & orbiculatis gladijs exercitationis gratia velitare. *Eſgrimidor.* Gladiator. *Maeſtro de eſgrima.* Laniſta, æ. *No sè de eſgrima.* Palæſtram non didici.

*Eslabon de cadena.* Annulus, nexus ferreus. *Para ſacar lumbre.* Ignitabulum. *Eslabonar.* Nectere, connectere aliud ex alio. *Eſtà tan eslabonado, que vna tilde que ſe quite, no haze ſentido.* Aliud ſic ex alio nectitur, vt ſi vnam litteram mòueris, labét omnia.

*Eſmaltar.* Cœlare auro, varijſque coloribus apprimè, & graphicè illud perpolire. *Eſmalte.* Auri pigmentaria cœlatura. *Eſmalte ſon las letras del buen natural.* Dotes quas habemus à natura preclaras, ſtudio atque artificio condimus.

*Eſmeralda.* Smaragdus. *Coſa de eſmeralda.* Smaragdinus, a, m.

*Eſmerarſe en algo.* In vnam eandemque rem perficiendam, perpoliendamque attentiſsimè incumbere, omneſque ingenij, artis, & induſtriæ vires in illam perfectiſsimè abſoluendam effundere. Accuratè in ea verſari.

*Eſmerejon aue.* Haliètus, niſus, i.

*Eſmeril, piedra de lapidarios.* Smyris, idis. *Pieza de artilleria.* Tormentũ bellicum breuius.

*Eſſo.* Is, ea, id, iſte, a, d. *Eſſo yo me lo dixera, ò hiziera.* Tranquillò quilibet gubernator eſt.

*Eſpacio.* Spatium, interuallum. *Entre dos tiempos.* Intercàpedo, inis: *Entre coluna, y coluna.* Intercolumnium. *Entre dos ñudos.* Internodium. *Entre dos ordenes.* Interordinium. *Entre dos mundos.* Intermundium. *Entre vena, y vena.* Interuenium. *Entre crecimiento de calentura.* Periodus. *Entre remo, y remo.* Interſcalmium. *Eſpacio en la muſica.* Pauſa, æ. *De tiempo.* Vide, *Tiempo. Eſpacio, ò tardança.* Tarditas mora. *Eſpacioſo, ancho.* Spacioſus, amplus vaſtus, latus. *Eſpacioſo ò tardo.* Tardus, tardigradus, lentus. *Eſpaciarſe.* Spatior. Deambulo, deambulatiunculam facere in agro.

*Eſpada.* Enſis, gladius. *Eſpada, pez.* Xiphias, æ. *Eſpadera.* Gladiorum conflator, gladiarius. *Eſpadachin.* Sicarius, lucifuga, b.n balio. *Eſpadaña.* Gladiolus paluſtris.

*Eſpalda.* Tergum, ſcapula, æ. *De animal.* Tergus, oris, armus, i. *Hueſſo de la eſpalda.* Spatulæ, arum. *Hazer eſpaldas a vno.* Hominem ad maleficium tegere vmbra, & operculo ſuo; animos, & audaciam illi addere ad flagitia. *A buelta de eſpaldas.* Cum primum os, & terga verti; ſtatim à meo abitu & diſceſſu. *A eſpaldas de mi caſa.* A d poſteriora domus *Eſpaldarazo.* Enſis vagina tecti verbet, ictus. *Eſpaldudo.* Lato tergore, & ſpatioſo pordigus armo. *Eſpaldas de Molinero.* Robuſta, & immenta tergora; grauiſsimis oneribus apta ſuſtinendis. *Eſpaldar.* Tergòris munimen, tègumen ſcapulare.

*Eſpalmar el nauio.* Ferrumino, as.

*Eſpantar.* Terrorem, metum alicui afferre, inijcere, incutere. Terrère, terrefacere hominem: metu per-

perturbare,terrorem, formidinem & minas alicui obijcere. *Eſpantarſe.* Conſternari, terrore percelli, commoueri, còncuti:expauèſcere, horrère, metu perturbari. *Eſpantar la caça.* Vide, *Caça De ſu ſombra ſe eſpanta.* Vmbram ipſam, & muſcas timet præteruolantes. *Eſpanto.* Terror, horror, oris. *Eſpantable coſa.* Terribilis, horribilis, horrendus, horrificus, formidabilis. *Eſpantajo.* Terriculamentum, larua, æ. *Eſpantadizo* Pauidus, qui pueriliter expaueſcit, ſuam vmbram fugit, etiam ſi ſorex obſtruepat, exhorret.

*Eſparcir.* Spargo, diſpergo, is. *Eſparcirſe.* Vide, *Eſpaciarſe. Eſparcido hombre.* Vide, *Deſabogado.*

*Eſparrago.* Aſparagus, i.

*Eſparrancarſe.* Diuarico, as. Crura in diuerſas partes extendere.

*Eſparto.* Spartū, i. *Coſa de eſparto.* Spartus. *Donde nace.* Spartarium.

*Eſpatula de Boticario* Ligula, ſpachula, æ: Spethómela, ſpecillum latum.

*Eſpecie de genero.* Species, ei. *Eſpecias.* Aromaticæ ſpecies oròma, atis. *Eſpeciero.* Aromatòpola, æ. *Eſpeceria.* Taberna aromatica. *Coſa de eſpecias.* Aromaticus, a, m. *Eſpecial.* Singularis, præcipuus. *Eſpecialmente.* Præcipuè, præſertim ſingillatim. *Eſpecificar algo.* Ad ſingula, & præcipua venire declaranda.

*Eſpectaculo.* Spectaculum, res ad ſpectandum propoſita, theatrum.

*Eſpejar la placa.* Expedire forum, ſemouère turbam. *Eſpejoſe el Cielo.* Serenum redditum eſt, fugatis, diſiectis nubibus Cœlum.

*Eſpejo.* Speculum, i. *Mirarſe a el.* In ſpeculum inſpicere, & ibi imaginem ſui repræſentatam contemplari. *Componerſe a él.* Speculum conſulere, vitiaque oris, faciei, ornatus capitis corrigere, cenſere. Ad ſpeculi cenſuram crines, ornatum, veſtem diſponere, fingere, ſpèculi iudicio cincinnos diſponere. *Empañarſe el eſpejo* Hebeſcere. Vide, *Empañarſe. Caxa del eſpejo.* Lophæum, i.

*Eſpelta, eſpecie de trigo.* Spèlta, æ.

*Eſpeluzarſe.* Vide, *Erizarſe.*

*Eſpender.* Expendo, diſpendo, is.

*Eſperança.* Spes, ei. *Tengo grande eſperança de la victoria.* Magnam me tenet victoriȩ ſpes. In magnam ſpé venio vincendi, ad victoriæ ſpem mihi titillat animus, ſalit. Propoſita, poſita, iniecta eſt mihi firma, & erecta ſpes victoriæ. Bona ſpes oſtenſa, à dextris aduolat auis. Oculus dexter mihi ſalit, dum ducor, rapior, efferor ſpe non inani triunphandi. *Grandes eſperanças nos dà eſte niño para adelante.* Præclarum ſui ſpecimen præfert hic puer, magnam nobis expectationem ſui mouet affert, dat, facit. Indulcit, & impellit nos in ingentem, & certam naturæ ſapientiæ ſpem. *No tengo ya eſperança de remedio.* Spes illa blanda, & inſidioſa mortalibus, quæ vel leuiter apparebat, euolauit, euanuit. Nulla affulget ſpes ſalutis, adempta, erepta mihi omnis ſpes eſt. Verum aliquid, aliquà, aliquomodo, alicunde aliqua mihi ſpes reliqua non eſt.

Omnis nunc mihi ſpes animam efflauit. *Dar buenas eſperãças a vno.* In ſpem ingentem aliquem excitare, incendere, impellere, reigere, referre. *Engañòme mi eſperança, ò ſaliòme fallida.* Mea me fefellit ſpes decipit, deluſit. O fallaces ſpes, & inanes, quam extenuatæ, infractæ euanuiſtis! Omnes meæ ſpes penitus conciderunt, effluxerunt, interierunt, fruſtratæ ſunt. Deiectus, deturbatus ſum de mea ſpe. Longè aliter, ac ſperabam contigit, accidit mihi. *En ſolo Dios tengo pueſta mi eſperança.* Spem totam meam in vno Deo defigo, colloco, pono, habeo. Sola in nauguo me ſpes Deo ſuſtentat. Vt nautæ cum in tempeſtate geminos vident Caſtorem, & Pollucem, ſpem magnam & alacritatem concipiunt, ſic ego cui magnus Deus apparuit, ad ſpem in ipſo reuiuiſco. Nullum aliud, quam diuinum refugium mea ſpes ſpectat, anchora & ara vnica ſpei noſtræ Deus exiſtit in mari iſto, quo iactamur. *Eſperancilla.* Specula, æ. *Con vna pequeña eſperança de libertad, bolui en mi.* Ex metu mortis, ac tenebris, quaſi luce libertatis, & odore aliquo recreatus, redixi. *Eſperar.* Spero, as, in ſpe eſſe ſpe, duci, erigi exultare. *Eſperar aguardando a vno,* Expecto, as, preſtolor, òpperior, iris. *Eſperame aqui.* Hic me mane, expectatis. *No ay diablo que le eſpere ſi ſe enoia* Vehementem illius iræ impetum, neq; Hercules ſuſtinebit. *Por horas estoy eſperando vueſtras cartas.* Mihi tua tũ litterarum expectatio breuis eſt.

*Hiziſtes como de vos ſe eſperaua, y aũ mas.* Quam expectationem de te concitaſti optimè ſuſtinuiſti, fouiſti, viciſti. Vide, *Expectacion. Eſpera de alguno.* Expectatio, præſtolatio.

*Eſperezarſe.* Pandiculor, aris, porrigere membra. *Eſperezo.* Pandiculatio, onis.

*Experimentar.* Vide. *Experimentar.*

*Eſpeſar.* Condenſo, ſpiſſo, as, cogo, is. *Eſpeſo.* Denſus, ſpiſſus. *Eſpeſura.* Spiſſitudo, denſitas. *De arboles* Horrida ſylua. *Eſpeſamente.* Spiſſe, denſè.

*Eſpetar.* Transfodio, transfigo, is, àdigo, is. *Hombre eſpetado, tieſo.* Verutus, attectarius. *Eſpetera.* Climacter èris.

*Eſpia.* Speculator, explorator. Corycæi, orum. *Doble.* In vtramque partem doloſus ſuppoſititius vtrique parti ad obſeruandum nomo. *Eſpirar.* Exploro, obſeruo, inquirò.

*Eſpigar.* Spina, æ. *Sin ariſta.* Spica, muticæ. *Coſa eſpigada.* Spicatus, a, m. *Eſpigar el trigo* In ſpicam ire & erũpere ſègetem ex vaginis. *Coger eſpigando.* Legere, colligere, ſpicàre, ſpicilegium facere. *Eſpigadera.* Spilcilega.

*Eſpina.* Spina, æ. Sentis, is. vepres, ium. *Mala eſpina me dà eſto.* Male aùguror, ſuſpicor de hac re. Percellitur animus, & pungitur ſuſcipione ſiniſtra. Neſcio quid præſentit animus, & preſagit, triſte, & acerbum. *Eſta eſpina tengo en el coraçon* Hæret animo infixa hæc ſolicitudo ſempiterna. *Eſpinar, ò*

pun-

punçar. Pungo,is, Stimulo,as. *Eſpinar, lugar de eſpinas.* Senticetum. *Eſpinoſo.* Expinoſus, ſentibus locus aſper, horrens.

*Eſpinilla de la pierna.* Tibia cruris.

*Eſpinaço.* Dorſum,i. Spódylus *El hueſſo dèl.* Verticulum, vertebræ.

*Eſpinaca.* Spinacnum,ij. Teutlomàlache,es.

*Eſpin puerco.* Hyſtrix,icis.

*Eſpiritu.* Spiritus,us. Spiramen, halitus,us. *Eſpiritu Santo.* Spiritus, halitus diuinus, ſacrum ſpramen, Pheuma, atis. *Eſpritual varon.* Aſceticus, peritus diuinarum rerum, ſatis in illis verſatus, ſpectatus, religioſus vir in rebus, quæ ad animi perfectam ſalutem ſpectant, induſtrius, maximè exercitatus. *Eſpiritual coſa,* Spiritualis,e. Religioſus, ſanctus. *Eſpiritualmente.* Caſtè, ſanctè, religiosè. *Eſpiritado.* Laruatus, feritus, fanaticus. Lymphatus. Vide, *Endemoniado.*

*Eſpita de cuba.* Vide, *Canilla*

*Eſpital.* Vide, *Hoſpital*

*Eſpliego.* Specanardi, aluzéma,æ. Tauandula,æ.

*Eſpolear.* Calcaria equo admouere: ferrata calce fatigare, ſtimulare, cruentare, fodere, agitare calcaribus equum. *Eſpuela.* Calcar, aris. *Para andar ſobre el yelo.* Eucentris. *Moço de eſpuelas.* Seruus à pedibus. Circumpes, edis.

*Eſponja del mar.* Spongia. *Piedra.* Pumex, icis. *Eſponjoſo.* Spongioſus *Eſponjarſe.* Intumeſcere aliquid inſpógiæ morem.

*Eſportilla.* Sportula,æ. Fiſcella.

*Eſpoſa.* Sponſa, deponſa,æ. *Eſpoſas de las manos.* Manicæ, arum, manuum vincula. *Eſpoſo.* Sponſus, deſponſus,i.

*Eſprimir.* Exprimo,is, comprimo.

*Eſpuerta.* Sporta, fiſcus,i.

*Eſpulgarſe.* Explorare, pediculos fodicantes ad necem. Deducere lendes, pediculoſque.

*Eſpuela.* Vide, ſupra. *Eſpolear.*

*Eſpuma.* Spuma,æ *Eſpumar.* Deſpummo, as. *La olla.* Spumam feruenti ollæ detrahere. *Eſpumadera.* Spathula, rudicula. *Eſpumoſo.* Spumans, ſpumoſus. *Hazer eſpuma.* Spumo, as. Spumas agere. *Eſpumarajos.* Spumatus, ſputus, us.

*Eſpurio.* Spurius filius. nothus.

*Eſquadra, ò cartabon.* Norma,æ. *De exercito.* Cohors, ortis. Centurio, manipulus *Eſquadron de cauallos* Turma equeſtris, equitum turmæ. *Eſqueleto.* Scheletus,i. Oſſea fabrica humani corporis. *Eſtà hecho vn eſqueleto de flaco.* Monogrammus eſt, macer, pertenuis decolor. Vix oſsibus hæret.

*Eſquife, eſpecie de nauio.* Scapha,æ.

*Eſquila, o eſquilon.* Tintinnabulum, nola,æ. *Pez.* Squilla æ.

*Eſquilar las ouejas.* Tondere oues, pecus, vellera pècori detrahere.

*Eſquelmo fruto de viñas, ò oliuos.* Fructus percepti ex viribus, & oliuis.

*Eſquina.* Angulus in acutum deſinens. *Eſquinado.* Angulatus, angularis.

*Eſquinencia.* Angina, Synanche, es.

*Eſquiuar.* Dedignor, aris, aſperè detrectare, negligere aliquem. *Eſquiuo* Ferus, aſper, difficilis.

*Eſtable coſa.* Stabilis, firmus, ratus.

*Eſta-*

*Eſtablecer.* Stabilio, ſtatuo, conſtituo, is *Eſtablecimiento*, Sãctio, onis, inſtitutum, ſtatutum.

*Eſtalla.* Stabulum, animalium ſtatio.

*Eſtacion.* Statio onis. Vigiliæ, arum. *Andar las eſtaciones.* Piè, religiosèque adire, obire, inuiſere, celebrare templa ad piacula conſequenda.

*Eſtaca.* Vacerra, æ. ſtipes, itis *No me dexò eſtaca en pared.* Domum meam, exhauſit, exinaniuit.

*Eſtado.* Status, us, conditio, onis. *No dexeys eſſe eſtado de vida.* Quam viam es ingreſſus, ſtudiosè ſequere perſequere. Ab eo vitæ curriculo, quod tenuiſti, ne diſcedas, eum vitæ curſum perage, quem iniuiſti, ſuſcepiſti, quando te in optimo viuendi ſtatu collocaſti, in eo mane, fige gradum. *Aun no he tomado eſtado.* Suſpenſas habeo viuendi rationes. Nondum vitam inſtitui nec genus degendæ vitę cõſtitui, nec abeo exploratam, aut explicatam rationem ſalutis meæ. *Muchos hijos toman el eſtado de ſus padres.* Parentum præceptis imbuti filij, ad eorum conſuetudinem, moremque deducuntur; ingrediuntur, ineunt eandem viuendi viam, quam parentes, illorumque vitæ genere implicantur. *Cayò del eſtado que tenia.* De priſtino ſtatu, & honoris gradu miſerum hominem fortuna deturbauit, deiecit, ad triſtem deuoluit calamitatem. De toga ad pallium, ab honeſtiore ad humiliorem fortunam delapſus eſt: cedrus cecidit, *En el miſmo eſtado eſtàn las coſas.* Eundem curſum, & ſtatum tenent res, eodem amne fluunt, quo labebantur: nullà rerum facta eſt mutatio. *En que eſtado eſtà eſſe negocio?* Quis rerum ſtatus eſt? Quomodo ſe res habet, quo res deducta eſt? Vbi loci ſunt ſpes meæ? *En buen eſtado eſtàn.* Præclare res noſtræ fluunt, optimum locum tenent, ſuam dignitatem tuentur. *No pueden eſtar en peor eſtado.* Peiore loco res eſſe non poſſunt, quam in quo nunc ſitæ ſunt. *Poner a alguno en eſtado.* Collocare aliquem in honeſta viuendi ratione, conſtituere alicui honeſtæ vitæ genus. *Bolver las coſas a ſu primer eſtado.* Ad priſtinum ſtatum, melioremque fortunam rem reuocare, reſtituere, reddere antiquo ſtatui, & dignitati. *Es de baxo eſtado.* Vide, *Linage.* *Eſtado en la Republica.* Ordo, inis, numerus, locus, dignitas, ſtatus. *Eſtado alto.* Sublimis ſtatus, felix fortuna, ampliſsimis dignitatis gradibus, excelſa dignitas, beata ſors. *Baxo.* Miſera conditio, infima claſsis ſtatus, fæx, ſentinaque Reipublicæ. *Mediano.* Mediocris fortuna, media conditio, nec proſperitate ſuperba, nec aduerſitate humilis, aut abiecta. *Eſtado de la cauſa.* Cauſæ ſtatus. *Del pleyto.* Conteſtatio litis, conſtitutio cauſæ. *Eſtado, ò eſtatura de hombre.* Statura hominis menſura. *Metros debaxo cien eſtados de tierra.* Detrudam te ad ipſos inferos, infra omnes mortuos te amãdabo. *Eſtados, Señorios.* Dominatio, ditio, onis, imperia. *Conſejo de Eſtado.*

*do.*Conſilium ſupremum Regij,reginique ſtatus. *Eſtadiſta.* Politicus ſuo cómodo ſeruiens,qui ſua vtilitate,& vſu omnia metitur. ..te ra tam diuina, quam humana iuſque deque habet.

*Eſtafar.* Fallacijs,ſtrophis,& dolis aliquem pecunia fraudare,emungere, excutere, & exhaurire crumenam æriefcare.*Eſtafador.*Æriefcator,ſycophanta,æ. *Eſtafa.* Strophalycophantia,æ.

*Eſtafeta.*Veredarius,Pegaſeus curſor, tabellarius.

*Eſtafermo.*Pila verſatilis, effigies hominis peltata , quæ percuſſa reciprocat ictum,&repercutit ferientem.

*Eſtallido.* Crepitus,us,ſtridor , fragor.

*Eſtambre.*Stamen inis.

*Eſtampa.* Impreſſa , expreſſa papyro imago. *Eſtampar.* Imprimo. Excudo.Vide.*Imprimir.Eſto tengo eſtampado en mi alma.* Hoc hæret fixum in ipſis medullis,in animo.

*Eſtampido.* Horribilis ſclopi ſonitus, fragor. *Dar eſtampido algo.* Vide, *Campanada.*

*Eſtancia.*Habitatio,commoratio,mãſio onis.

*Eſtancarſe el agua.* Stagnare aquam. *En el lodo vno.* Hærere in cæno. *Eſtan o de coſas.* Interdictum rei venalis,mercium certarum ſtagnum. *Poner tal eſtanco.* Interdicere,vetare prohibere aliquid vendendum , aut emendum niſi certá lege,& conditione.*Eſtanque de agua.* Stagnum. *De pezes.*Piſcina,æ. Viuariam. *Coſa eſtancia.* Statiuus, a, m.

*Eſtandarte.*Vexillum labarum.

*Eſtangurria.*Stillicidium vrinæ.

*Eſtaño.*Stannum i.*Eſtañar.* Vas ſtanno obtegere, illinere. *Coſa de eſtaño.* Stanneus, et pyxis ſtannea.

*Eſtante de libros* Tablinum,pluteus,librorum oculi,nidi,foruli.

*Eſtantigua.*Spectrum.i.*Eſta hecho vna eſtantigua.* Viuum cadauer, aut ſepulchrum.

*Eſtar,ò ſer.* Sum,es,fui. *Eſtar en pie.* Sto as.*Eſtar hechado, enfermo,ò ſano.*Vide in ſuis locis. *No te eſtès alli tanto* Ne diutius ibi cuncteris cómoreris.*Eſtarè a lo que tu dixeres.* A tua ſententia,& iudicio ſtabo à te iudicata,& à te deliberata non diſcedam,recedam. *No eſtoy en eſſo.*Conſilium,mentemque eius rei abièci.*Eſta bien eſſo.*Benè ſe res habet, hoc mihi probatur , placet. *Luego eſtarè con vos.* Iam hic tecum adero. *Eſtàs en ti, que me preguntas eſſo?* Satis ne ſanus es, qui me id rogites?*Eſtoy por darte.* Vix me contineo,quin ; parum abeſt, quin te onerem pugnis.*Bien nos eſtà eſto a los dos.*Vtrique hoc in rem eſt vt fiat in commune eſt accomodatum *No eſtoy fuera deſto.*Non mihi penitus excidit hæc cogitatio, ſed inſèdit.*Eſtar alerta* Intentum animum,tanquam arcum habe.*Eſtuue mas de lo que pensè en eſte Lugar.* Diutius opinione in ea tonſtitimoratus fui,retentus in hoc loco.*Eſtà muy en ello.* Ad vnguem callet.

*Eſtatua.* Statua , ſimulacrum ex ære, alio ve metallo. *El que las haze.* Sta-

Statuarius, fuſoriæ artifex rei.

*Eſtatura.* Corporis magnitudo. Statura, æ.

*Eſte eſta y eſto.* Hic hæc, hoc.

*Eſtender en algo.* Protendo extendo, is. *El Imperio.* Propagare, dilatare Imperij fines, Regnum amplificare. Regis poteſtas orbem terrarum amplectitur. *No eſtendais la pierna, mas de haſta do llega la ſabana.* Meſſe tenus propriâ viue. Tuo te pede metire. Intra fortunam mane tuam. *Eſtendida coſa.* Prolata, extenſa, vlterius res producta. *Eſtendidamente.* Longè, lateque, amplè laxè. *A mucho ſe eſtiende eſte mal.* Hoc latè omnibus patet malum, ſerpit, peruàdit latius. Vide. *Peſte.*

*Eſtera.* Storea, æ. *Eſterilla.* Tegeticula ſpartea. *Eſterar.* Pauimentum ſtoreis tegere, ſternere.

*Eſtercolar.* Stercus per agros ſpargere. Stèrcoro, as. Fimo ſaturare terram, fœcundare oblimare agrum pinguiorem efficere. *Eſtiercol.* Stercus, oris, fimus, i. *De raton* Muſcerda. *De puerco.* Succerda.

*Eſteril.* Sterilis, e. infœcundus, a, m. *Eſterilidad.* Sterilitas, atis.

*Eſteba del arado* Stiua æ.

*Eſtebado de piernas.* Varus, i.

*Eſtilo.* Stylus, genus dicendi, oratio, filum, vena. *Eſtilo alto leuantado.* Grãdis ſtylus verbis, ſapiẽs ſententijs, genere toto grauis. Acer, ardẽs, amplꝰ, inſignis, ſublimis, florẽs, fortis. Genus orationis altum verbis ſonans, ſententijs argutum, magnificentius, cothurnatum, altiloquum. *Eſtilo baxo, humilde.* Submiſſus, humilis, exilis, vulgaris, abiectus, tinctus, non ſuffuſus veteri doctrina. *Medico.* Mediocris. medius, temperatus, qui faces ſubmittit, vt omnibus ſupperat, quod percipiant. *Leuantar el eſtilo.* Ades meus, ſtyle, manus exſurgite, & incaleſcite ad ſtylum aſſequendum, qui vos tacit. *Moderar, templar el eſtila.* Luxuriantem ſtylum ætate depaſcere: ſuper effluentem iuuenili quadam dicendi redundanti, & licentia reprimere, & intra ripas maturi iudicij coercere. *Igual eſtilo tiene en todo ſu libro.* Tractu orationis læui, & æquabili conſcripſit hiſtoriam: æquabili orationis filo contexuit telam. *Que eſtilo es eſſe de hablar?* Quę ratio, aut modus eſt iſte tuæ orationis? *Eſtilaſe eſto.* Vide *Vſar.*

*Eſtimar.* Æſtimo, as. *Igo a dinero.* Adœro, as. *Todos le eſtiman en mucho.* Omnes illum magni faciunt, magno eſt in honore apud omnes; exiſtimatioreque maxima cum habẽt. Vide, *Honrar. No ay coſa que mas eſtime, que mi ſaluacion.* Animi ſalutem omnibus rebus præferendam, anteponendamque duxi. Nihil mihi antiquius, æſtimabilius nihil, quam mea ſalus eſt, cæteras res omnes vni ſaluti ſempiternæ meę poſt habui, poſtpoſui. *En mucho os eſtimais.* Plurimum tibi arrogas, nimium tibi tribuis aſſumis, tragicè lòqueris, tui pretium magnificum habes. *Eſtimar en poco.* Vide, *Deſeſtimar Menoſpreciar. Eſtima.*, Exiſtimatio, opinio de aliquo, fama pretiũ. *Mucha eſtima ſe tiene de vos.* Optimam ęſtimationẽ apud omnes ha-

habes. Inæſtimabile tuæ virtutis pretium eſt. Maxima tibi æſtimationem comparaſti, accepiſti, æſtimatores tuarum virtutũ egregios nactus es viros. *Algo aueys perdido de vueſtra eſtima*. Non nihil de præclara tui exiſtimatione amiſiſti. De tua aliquid laude delibatum, detractũ eſt. Opinio illa dignitatis tuæ celebris, & periluſtris imminuta obſcurata.

*Eſtio*. Æſtas, atis, æſtiuum tempus. *Paſſar el eſtio*. Habere æſtiua.

*Eſtipendo*. Stipendium. Vide, *Sueldo*.

*Eſtirar*. Traho, diſtendo, is.

*Eſtirpar*. Radicitus aliquid euellere, extirpare, eradicare. *Heregias*. Hæreſim profligare, conuellere extinguere. *Eſtirpe, ò linage*. Stirps, ipis, genus, origo.

*Eſtitico*. Stypticus. *Por apretado*. Vide, *Miſerable*.

*Eſtocada*. Punctim cæſio, & cædere pũctim. *Darla*.

*Eſtofar los Pintores*. Cœlo aurum retegere. *Iubon eſtofado*. Thorax fartus imbutus lana, vel goſtypio.

*Eſtomago*. Stomachus, ventriculus, aqualiculus. *Soy flaco de eſtomago*. Debilitata, infirmata eſt ſtomachi mei virtus, laboro imbecillitate ſtomachi; ad coquendum cibum languenti, & frigido ſtomacho ſum. *Tiene buen eſtomago*. Valenti, ſano, & robuſto ſtomacho à natura prædictus eſt. Còncoquit, & ègerit ſtomachi calore ſalubriter cibos.

*Eſtopa*. Stupa, æ. *De eſtopa junto al fuego dereniego*. Ignem ſtipulæ admouere, non tutum. Iuuentus malè creditur libidinum magiſtris.

*Eſtoque*. Verutum ſplendens, & acutũ.

*Eſtoraque*. Styrax, acis.

*Eſtorniſa del carro*. Sufflamen, inis.

*Eſtornudar*. Sternùto, as. *Cada uno eſtornuda como Dios le ayuda*. Cuique ſuus mos eſt, ingenium, & fortuna. *Eſtornudo*. Sternutamentum.

*Eſtoruar*. Obſto, impedio, is. *Contradiziendo*. Obſtrigillo, as. *No quiſiera eſtornaros con mis cartas*. Tibi litteris obſtrepere nó audeo meis. *Eſtoruo*. Impedimentum. Vide, *Impedir*.

*Eſtrado*. Aulæ pauimentum periſtrõmatis, tapetibus, puluinaribus ſtratum. *Eſtrados de Conſejos*. Subſellia, orum. Iudicum conſeſſus, iudicia Regia.

*Eſtragar*. Corrumpo, is. *Eſtragado eſtà eſte moço*. Perditus adoleſcens, corruptus, profligatus moribus eſt. *Eſtrago de coſtumbre*. Corruptio, corruptela morum. *De guerra*. Strages, cædes, clades, is. Vnde edere, facere ſtragem, cladem.

*Eſtrangero*. Aduena, còuena, alienigena, æ. Hoſpes, peregrinus.

*Eſtraño*. Exterus, extraneus, alienus. *Eſtraña coſa*. Exoticus, a, m, Res inaudita, noua, admiranda. *Atreuimiento*. Prorupta, audacia. *Eſtrañar, ò eſtrañarſe*. Abalienare ſe ab aliquo.

*Eſtratagema*. Stratagèma, atis. Militares induſtriæ, facinus egregium ab arte potiùs, conſilio, & ingenio, quam à viribus profectum.

*Eſtraza*. Vide, *Papel*.

*Eſtrecho*. Anguſtiæ, arum. *De mar*. Fretum. *De monte, paſſo eſtrecho*. Fauces montis. *Eſtrecha coſa*. Anguſtus, arctus, a. m. *Eſtrechamen-*

*te.* Arctè, perangustè *Eſtrechar.* Coarcto, coangusto, as. Constringo, cogo, is. angustius aliquid facere. In angustium ſe trahere. *Eſtrecharſe en el gaſto.* Moderari ſumptibus, parcere, modum rei ſumptuariæ adhibere.

*Eſtregar.* Refrico, as.

*Eſtrella.* Stella, ſydus, eris, Aſtrum, i. *Erraticas eſtrellas.* Errantia ſydera. *Fixas.* Signa, orum. *Tiene eſtrella.* Arridet illi fortuna, in omnibus ſecunda afflat aura. *Tiene eſtrella ſobre él.* Neſcio quo fato, aut aſtro illi prædominatur, & imperat. *Eſtrellado Cielo.* Cœlum ſtellatũ, ſtellis, ſyderibuſque lucidum, diſtinctum, ornatum. *Eſtrellar a vno a la pared.* Caput alicuius ad parietem allidere. *Eſtrellarle he los ſeſſos.* Capite primũ in terra ſtatuam, vt cerebro diſpergam viam. *Eſtrellóſe la naue.* Nauis illiſa eſt vadis, vel ſcopulis.

*Eſtrema, ò extrema coſa.* Extremus, a. m. *Eſtremo de algo.* Terminus, finis. *Que eſtremos hazeys?* Quas tragædias excitas, aut quereias. *Por eſtremo bueno.* Omni ex parte perfectus, abſolutus, omninò probus. *Malo.* Vndique, vndequaque peſsima res. *A que eſtremo hemos venido?* Ad incitas eſt res redacta. Venimus ad ſummam lineam. *No deys en eſſos eſtremos.* Ne nimius in hac re ſis, ne vltrà quàm ſatis eſt in luctu progrediaris. Modum præſcribe naturæ. Nimis valdè in hac re excedis, & exilis extra rationis lineam. *Extrema neceſsidad, y vncion.* Vide, *Eſtremo. Eſtremado.* Eximius, ſummus, præſtantiſsimus.

*Eſtrena.* Strena, æ. *Eſtrenar algo.* Nouam, & recentem veſtem primum induere, inducere.

*Eſtribo de la ſilla.* Stapes, edis, ſubex pedaneus. *De edificio.* Fulcimentum, ſuſtentaculum. *Ir al eſtribo.* Iuxta equitis ſtapedem famulatus gratia procedere. *Hareyſme perder los eſtribos.* Patientiam meam, dum tentas, exhauris, extra illius fines, & metam me trahis. *Eſtar el pie en el eſtribo.* Proximum eſſe itineri, quaſi in equum aſcenſurum. Iam in currum conſcendi, iam lora in manus cæpi meas, & pedes in ſtapedem conieci. *Eſtando el pie en el eſtribo, recibi vueſtras cartas.* In diſceſſum meum inciderunt tuę litteræ.

*Eſtribar.* Nitor, eris, innitor. *Contra otro.* Obnitor. *En eſto eſtriba todo el negocio.* In hoc ſita, poſita, collocata ſunt omnia. In hoc tota res agitur. In hoc cardine vertitur.

*Eſtropajo.* Echinus, vel ſcopula ſpartea.

*Eſtropeado.* Mutilus pedibus, loripes, edis. *Eſtropear a vno.* Supprimere pedibus, & calcibus aliquem, ſubigere.

*Eſtropiezo.* Offendiculum, i.

*Eſtruendo.* Strepitus, us. *Hazerle.* Obſtrepo ſtrepitum edere.

*Eſtrujar.* Premo, èxprimo, is. *Sacòle eſtrujado el dinero.* Artificio pecuniã expraſsit, extorſit.

*Eſtuche.* Techa, capſula gladiaria.

*Eſtudiar.* In litterarum incumbere ſtu-

ſtudia , litteris operam nauare, diſcere litteras. *Todo me ocupo en eſtudiar.* Litterarum ſtudia diligentiſsimè colo ad omnia alia cura in litterarum vnum ſtudium, & diſciplnas animum refero, traduco, me in ſtudijs litterarumque laboribus contero. In libris, ſcriptiſque inuolutus ſum, multus ſum, totus ſum. Solutis curis in hac ſapientiæ orbita ſiſto, vbi ſeria, arcanàque lectione pectus impleo, aut ſemente quadam obſero bonarum cogitationum. Et vt tela quædam in armamentarium; ſic ex eis præcepta in animum recondo, quæ prompta mihi mox erunt contra vim, varietatemque fortunæ, Vt pòlypus ſcopulo affixus, ſic me in litteras abdo, libriſque adhæreſco. *Querria que os moderaſedes en eſtudiar.* Vellem ſtudijs moderatè vtaris, moduum tibi præſcribas, adhibeas in ſtudijs. Tibi parcas, temperes ab ſtudiorum inſacabili labore. Ne ſic. te ingurgites literarum dapibus, vt tanquam librorum helluo multa ingeras, & malè concoquas. Nequid nimis, arcus diu tenſus rumpitur, laxa, remite ſtudiorum contentionem. *Eſtudio lo que ſe eſtudia.* Studium Doctrina, diſciplina. *Lugar donde ſe eſtudia.* Muſæum, Athenæum. *Es exercicio muy guſtoſo el de los eſtudios.* Litterarum, & bonarum artium ſtudia, exercitatioque vnus eſt ſuauiſsimus animi paſtus, & oblectatio. Eſt litteraria Palæſtra amenìſsima voluptas, qua mens, animuſque reficiuntur, recreantur, retinentur perfuſi. *Ya he dexado los eſtudios.* Supremum fabulæ actum in hac ſtudiorum tragædia confeci, iam valete, & plaudite dixi. Vide. *Deſpedirſe. Acabados los eſtudios.* Confecto, peracto, decurſo, menſo ſtudiorum ſpatio curriculo. *Deſeo boluer a los eſtudios.* Ad mea me ſtudia referre cupio, quæ me vocant, priſtina ſtudia reuocare, repetere intermiſſa. Ad ſaga, & arma litteraria redire, in animo eſt. *Eſtudiante.* Scholaſticus, melioris litteraturæ candidatus, qui in omni ſtudiorum curſu rectà tendit ad ſapientiæ metam, litterarum ſtudioſus cultor.

*Eſtufa.* Vaporarium, hypocauſtum, i.

*Eſtrupo.* Stuprum. *Cometerle.* Vim, ſtuprum inferre virgini. Vide. *Deſterrar.*

*Eſturion pez.* Acipenſer, eris.

## E ante T.

*Eternidad.* Æuum, quod fluit ab æterno, & fluet. Immortalis vita, quam nulla temporũ circumſcriptio metitur nullis temporum ſpacijs circumſcribitur, & finibus terminatur. Omnium ſæculorum poſteritas. *Eterno.* Æternus, ſempiternus, perpes, etis. Perpetuus, immortalis. *Eterna ſerà vueſtra memoria.* Nulla temporis ſeries, aut ſenectus laudum abòlebit tuam. Eam, neque inuidiæ dens, nec lima labentis atteret æui, aut de eius gloria aliquid detrahet, delibabit vetuſtas. Digna cedro tẽporũ viciſsitudines ri-

ridebit.perennabit, nec vlla obliuione, delebitur, aut curſu definietur annorum Vide *Memorable.* *Eterna es nueſtra alma* Noſter hic animus, qui corpore continetur vigebit memoria ſæculorum omniũ, quem poſteritas alet, quem ipſa æternitas intuebitur. *Eternizarſe.* Perenno,as, immortalitate donari, parem decurſum cum æternitate tenere.

*Etica en filoſofia.* Etiche,es, vel Ethicę, Moralis doctrina. *Calentura ética.* Febris hectica. *Etico.* Hectica tabe laborans.

*Etimologia.* Etymologia, veriloquium origo verborum.

### E ante V.

*Euacuar.* Euacuo,as, exhaurio, exinanio,is. *Euacuacion.* Alui eluuies, exoneratio *De ſangre.* Emiſsio ſanguinis.

*Euangelio.* Euangelium, ſalutifera. De Chriſto annunciatio, & prædicatio. *Euangelizar.* Chriſti D. facta, & doctrinam annunciare, promulgare, in aſpectum, lucemque omnium gentium proferre. *Es Euangelio quanto os digo.* Hæc ex oraculo, & tripode tibi dicta, & reddita eſſe puta.

*Eucariſtia.* Vide, *Comunion*

*Euidencia.* Apodixis,is: euidens, probatio. *Euidente coſa.* Euidens, demonſtrans quæ non coniectura, ſed oculis, ac manibus tenetur.

*Euitar.* Vito declino,as, fugio.

*Eunuco.* Spado,onis, Vide, *Caſtrado.*

### E ante X.

*Exagerar.* Amplificare, augere, rem, extollere verbis. Vide, *Encarecer.*

*Examen.* Examen, inis, Periculum experimentum de alicuius ſcientia. *Examinar algo.* Examino,as, Diſcutio, excutio, expendo is. *Examinar a vno quanto ſabe.* Scientiæ alicuius periculum facere. Quantum in aliquo ſcientiæ ſit, experiri, tentare, quantum profecerit, quos progreſſus in aliqua fecerit arte. Scrupuloſa cura paruula momenta alicuius ſcientiæ examinare, explorare ad Critolai bilancem. Premam te proprius, rapiam trutinam incorruptæ iuſtitiæ, & meo ſenſu, iudicioque integerrime tuæ facultatis lancem ſuis ponderibus librabo. *Examinar teſtigos.* Teſtes ſacramento obſtrictos de veritate cauſæ interrogare, diſcutere expendere. *Examinar la conciencia.* Animum ad vnguem explorare excutere, repetere noctu omnia acta diei offenſumque prauis, dare palmam & præmia rectis. Probandi, aut improbãdi gratia, quid quid die egeris, commemorare veſperi.

*Exceder.* Excedo,is. Eminere, efferre inter alios caput Vide, *Abentajar.*

*Exceſſo* Exceſſus, us. Profuſio, Luxus, us. *Coſa exceſsiua.* Excedens, prætermodum res, immodica, immoderata. *Para que hazeys eſſos exceſſos* Nimio plus in hac re excedis.

*Excelente.* Excellens, præſtans, eximius,

mius. *Excelencia.* Præſtantia, excelentia. Exoche, es.

*Exceptar, exceptuar.* Excipio, is. Excludo ſecerno èximo is. *Excepcion.* Exceptio, nis. *No exceptua a ſu madre.* Etiam mater, & ſorores citra diſcrimen, aut exemptionem.

*Exclamar.* Exclamo, as. *Exclamacion.* Exclamatio nis.

*Excluir.* Excludo, is. Detrudo, is.

*Excrementos.* Excrementum alui, ſtercus Vide. *Proueherſe.*

*Exe de carreta.* Axis, is.

*Executar alguna coſa.* Exequi, perficere, re ipſa aliquid præſtare. *Executar a alguno por deudas.* Ex ſyngrapha agere cum aliquo, obſignatis tabulis rigido iure compellere ad ſoluenda debita. *Execucion de alguna coſa.* Executio operis, perfectio.

*Exemplo.* Exemplum, præclarum factum ad imitandum. *Exemplo nos ſon los Santos.* Vide, *Imitar.* *Vos aueys quedado para exemplo.* In te, quaſi exempli causâ, virtutis veſtigia remanent. *Exemplar, ò dechado.* Exemplar, ſpecimen. *Exemplar hombre.* Eximiæ virtutis vir, à quo virtuté exempla peti poſſunt. Qui inſigne virtutis, & ſanctitatis documentum omnibus proponitur. Spectatus ſatis.

*Exempto priuilegiado.* Immunis liber, exemptus. *Exempcion.* Immunitas, libertas tis.

*Exequias.* Exequiæ arum, funus, eris. Iuſta, orum. Vide. *Entierro. Honras.*

*Exercicio.* Exercitatio, vſus, actio, exercitium.

*Exercitar.* Exerceo, es. Tracto, as. Vr. aliqua exercitatione. Verſari in aliqua re exerceri. Ad vſum aliquid reuocare. Iuxta normam, a tiſque præcepta in aliqua ſe exercere paleſtra. Memoriam colere *Exercitar la memoria.* Mercaturam facere, exercere. *La mercancia,* & ſide aliis. *Exercitando el eſtudio de las Leyes ſe hizo hombre docto.* Penitus ſe in rerum ciuiliũ immerſit mare. Vbi peritiam ingenuit vſus. Exercitus, exercitatus, verſatus diu, multumque in aliqua re. Vſu rerum peritiſsimus, præditus, quem multa docuit vſus, & rerum experientia. Vide *Experimentado.*

*Exercito.* Exercitus us. Copiæ, arum. Agmen. *De a cauallo.* Equitatus. *De a pie.* Peditatus pedeſtres copiæ. *A punto de pelear.* Acies, exercitus inſtructus *De ſocorro.* Auxilium, auxiliares, ſubſidiariæ copiæ. *Iuntar exercito.* Manum facere, copias parere, multitudinem hominum cogere ad bellum, armare, ornare, inſtruere.

*Exhalaciones de la tierra.* Vapor, oris. Exhalatio, ſpiritus tenuis terræ.

*Eximio.* Eximius, egregius, a, m.

*Exiſtencia.* Res, quæ exiſtit. *No tiene eſto exiſtencia.* Res euanida eſt, caduca, inanis.

*Exorbitante coſa.* Res, quæ exorbitat, præter fidem, & modum.

*Exodo.* Exodus i.

*Exortar.* Exhortor, aris. Vide. *Animar.* *Exortote, ò mancebo a las letras.* O mi iuuenis, genus tuum cogita, ætatem tuam, ſæculum noſtrum nihil dignius, aut aptius

P vi-

videbis ſæculo, ætati, generi, quã tingi te, & formari ijs artibus. Mane in hoc limite, & inoffenſo pede ad calcem decurre, Fac, ò mi alumne, vt probitate, induſtria, modeſtia ducibus ad faſtigium laudis, & litterarum honoris conſcendas. Erige te igitur, & præbe ijs aptum, ad quæ te deſtinamus, adiutu ri omnes in hoc curſu honeſto, nõ clamore ſolum, & fauore, ſed rebus.

*Expectacion.* Expectatio, nis. *Grande es la expecta ion, que de vos ſe tiene.* Magnam de te expectationem mouiſti, excitaſti, feceſti tui. Scito te in magna expectatione eſſe ſumma que, & non mediocria de te omnes expectare. Eſt tibi grauis, aduerſaria, conſtituta, parata incredibilis quædam expectatio, quam tu vna re faciliime vinces. *Venciò la expectacion que dèl ſe tiene.* Non modo ſui expectationem explevit, ſed etiam ſuperauit. Non modo expectationi reſpondit, ſatisfecit, ſed etiam plane eam vicit.

*Expenſas, ò gaſtos.* Expenſa, æ. Impendium, ij.

*Experiencia.* Experimentum, experientia, periclitatio, vſus, us. *Experimentar.* Experior, iris. tento, as, probo, comprobo, experimento. Longinqui temporis vſu, & periclitataione percipere aliquid. *Experimentarlo todo.* Omnium rerum pericula ſubire, experiri, periclitari omnia. *A quien no la experimenta es du ce la guerra.* Dulce bellum inexpertis. *Experimentado.* Prudens, ſapiens, multo, magnoque rerum vſu ſpectatus. Vide, *Exercitado.*

*Explicar.* Explico, as. Aperio, ediſſero, interpretor, expono. Vide, *Declarar.*

*Explorar.* Explòro, as. *Explorador.* Explorator. Vide, *Eſpia.*

*Exponer.* Vide, *Declara. Explicar. Expoſitor.* Expoſitor. Explanator. Lucidarius, ij. Interpres, etis.

*Exprimir.* Vide, *Exprimir. Expreſſo ſaca do al viuo.* Expreſſus, effictus, ad viuum.

*Expueſto a peligro.* Periculis omnibus, & fortunæ telis expoſitus, obiectus.

*Expueſto niño.* Expoſitus, obiectus infans fortunæ proiectitius, ad templi limine adductus abiectus.

*Exquiſita coſa.* Rarus, a, m. Singularis, e. Exquiſitus.

*Extaſis.* Ecſtaſis. Anagògis, is. Abſtractio mentis à corpore ad contemplanda cœleſtia. Vide, *Arrebatarſe.*

*Exterior coſa.* Exterior, quòd extra apparet. *Por lo exterior ſe ſaca lo interior.* Facies vultus hominis animum ſædè indicant, præsèferunt. Coniecturam facit hòminibus tacita corporis figura. *No lo juzgueis por el exterior.* Ne hunc ex trunco corporis ſpectes, ſed ex virtute animi æſtima. *Buen exterior.* Flos ætatis, ſpecies, forma digna imperior. Vide, *Cara.*

*Extraordinario.* Extra ordinem res. Extraordinarius a, m.

*Extrema coſa.* Extremus, poſtremus. *Pobreza.* Suma, extrema inopia, difficultas. Anguſtiæ magne rerum. *Extrema vncion.* Sacrum oleum.

*Dar-*

*Darla*. Sacro oleo aliquem vngere. Ad ſupremum certamen ritè perungi.

*Extrinſeca coſa*. Externus, a, m. *Que ſe mueue ab extrinſeco* Quod pulſu agitatur extreno. *Extrinſecamente*. Extrinſecus.

*De littera F.*

F ante A.

*Fabrica*. Fabrica æ. Fabricatio ſtructura, v. *Fabricar*. Moliri fabricam, fabricari, architectari. *Fabricador*. Opifex, architectus, fabricator, oris.

*Fabula*. Fabulr, apologus, fabella. *Todo eſſo que ſe cuenta es fabula*. Res commentitia eſt, incredibilis fabella de cantatur n endacijs referta. Iſtud quod inuulgus prodijt in fabulam abit nec verum, nec verò ſimile eſt. *Fabuloſa coſa*. Commentitius, fabuloſus. *El que las quenta*. Fabulator facetus colloquutor. *Contar fabulas*. Fabulor, aris.

*Facil coſa*. Facilis, e. *Facil os ſerà hazer eſto*. Paruo negotio, & labore, non difficiliter hoc præſtare potes. Nõ difficilis operæ, nullius difficultatis hæc res eſt: efficies ad digituli crepitũ. Minimo negotiorẽ tranſiges. Tam facile vinces, quam vulpes pyrum comeſt. *Facilitar algo*. Facilem rem reddere, præbere. Facilem ad illam aditum aperite. *Facilmente, ò con facilidad*. Facile pro cliuius *Facilidad*. Facilitas celeritas, tis. Prompta expeditio, & ſine labore. *Facil a pecar*. In lapſum peccati procliuis, labilis. *Facil de mouer*. Leuis, qui facile in hanc, vel in illam partem flectitur. *Facil manjar*. Tenuis, & delicatus cibus, qui facile coquitur, ſtomacho maxime habilis.

*Facinoroſo hombre*. Facineroſus, ſceleſtus, flagitioſus homo.

*Facultad*. Facultas, tis. Copia, poteſtas. *Oye facultad*. Ex grammatices excelsit incunabulis, & alijs libera lioribus artibus tingitur, operam dat Ingenua profitetur ſtudia, frequentat.

*Facundo*. Copioſus, facundus. Vide. *Eloquente*.

*Faciſtol*. Plutens libro ſubiectus.

*Falda de ſaya*. Syrma, tis. *De monte*. Radix, icis. *De Canonigo*. Cauda. *El que la lleua*. Caudatarius. *Poner faldas en cinta*. Accingere ſe ad opus. *Faldones*. Laciniæ, arum.

*Fagina*. Falcis faginus, rudus, eris.

*Faylan*. Phaſis, idis.

*Falcon*. Falco, ònis.

*Faldellin*. Supparum, i, vel ſupparus, i.

*Falſa coſa*. Cõmentitius, vanus, fictus, a, m. *Falſo engañador*. Mendax, doloſus, falſus deceptor. Vide. *Engañar*. *Falſo Profeta, ò criado, &c*. Pſeudo propheta, pſeudo ſeruus. *Falſedad*. Fallacia, fraus. *Falſear moneda*. Adulterare, ſigno adulterino cudere. *Falſeador de moneda*. Paracharacta, æ. *Falſear, ò hazer teſtamentos falſos*. Corrumpere, ſubijcere teſtamentum, tabulas ſupponere, obſignare. *Otra coſa*. Tingere aliquid peſſimarum rerum fulligine.

*Falſete cantar*. Succinere, minurizare, concidere, & frangere modos. *Falſete voz*. Voculæ falſæ.

*Faltar de alguna coſa*. Caritas, inopia, penuriã. *Pecado*. Defectus, error, lapſus, delictum. *Falta de pelota*. Vide, *Pelota*. *Puedeos dar quinze y falta en eſto*. Hac te re longè ſuperat, & excellit. *Falta me haze eſto*. Huius rei deſiderio teneor. Opus eſt mihi hoc tua opera indigeo. *Eſto tiene eſta falta* Hoc vitio hęc res laborat. Vide, *Tacha*. *Falta*. Abſum, es. *Faltome la calentura*. Receſsit febris, me reliquit. *Faltòme eſto*. Hoc mihi defuit, requiſitum eſt. *Faltar en algo que deue*. Deficere ab officio, peccare, delinquere in aliqua re. *Faltar en la palabra*. Fidem datam non præſtare, frangere, fallere. Vide, *Credito*. *Aqui falta dinero*. Hic minutum eſt aliquid de pecunia. Summa non eſt integra. De ſumma aliqua deceſsio facta eſt. *No falta, ni ſobra*. Nec plus, nec minus. In æquatore res eſt, pari lance penſatur. *Lo que en vna falta, con otro ſe paga*. Quod alibi. Quod in hoc deſideratur, alia dote penſatur. *No falteys, no dexeys de venir*. Noli non adeſſe, & præſtò eſſe velis. *Irè ſin falta*. Interibo, adibo ſine mora, ſine dubio. Non committam, vt abſim. *No falta quien diga*. Nec deſunt, qui affirment. *No nos falta mas*. Hoc denique deerat. Nil aliud reſtabat, & reliquum erat, quam vt. *Falto de juyzio, ò de entendimiento*. Mentis inops, captus mente. *Falto de memoria*. Cui memoria deficit. Qui in ipſo orationis curſu memoria lapſu fragilis cadit, & hæret.

*Faltriquera*. Loculus alteri aſſutus.

*Fama*. Fama, æ. Nomen, inis. *Es hombre de gran fama*. Huius hominis virtutis in ore omnium celeberrima verſatur. Celebritate famæ non modo exteris gentibus, ſed ſuper ſydera notus. Clariſsimi viri nomen per orbem terrarum fama diuulgauit, peruexit ad vltimas terrarum orbis plagas. Penetrauit, peruaſit diſsitas totius mundi regionis celebrati viri nomen, & fama. Illius gloriæ maxima famigeratio eſt. Vide, *Alabar*. *Durarà perpetua vueſtra fama*. Nulla dies tui nominis famam terminabit, nulla delebit obliuio, nulla poſteritas obſcurauit. Vide, *Eterno*. *Fama ay deſto, mas no ſe ſabe el autor*. Hæc incerta vulgo iactantur. Hæc fama increbuit, ſparſa, diſſeminata, ſata eſt, ſerpſit rumor, vagatus eſt, dimanauit, ſed nec fontem, nec auctorem, nec caput, vnde natus, ortus, excitatus ſit, aut eruperit, aliquis nouit, aut poterit indicare. *Ya ha ceſſado eſta fama*. Rumor iam raucus factus eſt. Fama conticuit de has re, & obmutuit. Quid diſsipati fuerant rumores, conſederunt. *Famoſo*. Celebris, e. Famà, & nominis celebritate conſpicuus. Vento quodã populari celebratus, illuſtris, gloria, clarus.

*Familia*. Familia, æ. Cognatio, nis. Genus, eris. *Coſa familiar*. Familiaris, coniunctus, intimus, neceſſarius. *Familiaridad*. Familiaritas,

vſus

vſus,neceſsitudo conſuetudo,coniunctio. *Tengo gran familiaridad con Antonio.* Eſt mihi Antonius familiariſsimus. In ære meo eſt. Vide, *Amigo.* *Familiarmente.* Familiariter, amiciſsimè,familiariſsimè. *Familiar del Santo Oficio.* Accenſus Catholicæ religionis,& fidei. Cenſorum Sacri magiſtratus fidei miniſter familiaris. *Familiar. Demonio.* Lemur,uris. Deterior genius familiaris *Famulo de Colegio.* Collegarum famulus oficioſus.

*Fanfarron.* Miles glorioſus Traſo,nis. Bombylius, ventoſiſsimus ſuarum rerum prędicator,buccinator egregius,blatero,nis. *Hechar fanfarrias, fanfarronear.* Loqui ſublimia,glorioſa de ſe. Proijcit ampullas , & ſexquipedalia verba.Quid ego dicam,quod omnes mortales ſciunt. Pyrgopolinicem me vnum in terra viuere virtute & fama, & factis inuictiſsimis. Vide, *Valenton.*

*Fantaſia.* Imago rerum.Phanthaſia, æ. *En muſica.* Excogitata ab ipſo muſico modulatio. *De hombre arrogante.* Vide, *Arrogancia.*

*Fantaſma de la imaginacion.* Phanthaſma,tis. Vaga ſpecies,ſeù forma. *Eſpantajo.* Spectrum. Larua.

*Farandula.* Comędorum coitio,hiſtrionum grex. *Farandulero.* Scenicus artifex. Vide, *Repreſentar.*

*Fantaſtica coſa.* Phantaſticus,imaginatiuus,euanidus,a,m.

*Faraute.* Interpres,etis. *Tu eres el faraute deſto.* Tu es huic rei caput.

*Fardel.* Saccus,i. Sàrcina,æ.

*Farfullar.* Comprimere litteras.

*Farol, ò fanal de naue.* Pharus,fax,laterna,ignis ſpeculatorius,vel ſpecularix.

*Farro de cebada.* Pſàna. *De trigo* Farrea triticea ptiſana,

*Farſa.* Fabula,æ. Comœdia,æ. *Farſante.* Vide, *Repreſentante.*

*Faſoles, ciertas auecillas.* Phaſiolus,i.

*Faſtio.* Vide, *Haſtio.*

*Fatal coſa.* Fatalis.

*Fatiga.* Angor,anxietas,moleſtia,ſolicitudo,inis. Vide *Cuydado.* *Fatigar.* Affligo,is. Vexo,diuexo. Angore, anxietate,confici. *Fatigado, ò canſado.* Fatigatus,defatigatus,defeſſus, languens,laſſus.

*Fator.* Rerum alicuius adminiſter,tranſactor,procurator.

*Fauor.* Fauor,gratia. *Todos le hazē mucho fauor.* Maximè omnes illi fauēt, ſtudent. Illius omnes ſtudioſiſsimi ſunt. Summo illum ſtudio,& fauore proſequuntur , complectuntur. Eius honori,agri,prope dicam,ipſi,monteſque fauent. Gratiam,& fauorem omnes illi ſuum liberaliſſimè impendunt. *Perdido he el fauor que tenia.* Mea apud omnes gratia extincta iam eſt. Studium populi,gratiam , & beneuolentiam aduerſa mihi fortuna èripuit , ademit,abſtulit. Iam ciuium in me ſtudia deferbuerunt;quæ me popularis aura prouexerat,tandé reſedit. *Fauor del pueblo.* Aura popularis,applauſus,ſtudium. *Fauorecer.* Faueo, es. Studeo,es. *Fauorecedme os ruego en eſte negocio.* Suſcipe me,cauſam que meam,& adRegis ſacras aras, te myſtagogo,inducamur. Rogo te in hanc cauſam fauoris tui libra deuergat , propendeat. Adſis mi-

hi, & beneuolentiæ, fauoriſque tui placidiſsima aurâ aſpita, ne tanta negotij moles hęrear, ſed feliciter portum teneat. Suffragij tui calcc-lua meæ cauſæ accedat. Hunc amoris noui fruticem, quem tam amanter eduxiſti, euocaſſi, àlere, & fouère perge beneuolentiæ tuæ radicijs. *Fauorecer por ayudar.* Vide, *Ayudar. Fauorecedor.* Fautor adiutor, auſpex, icis. *Fauorecedora.* Fautrix, adiutrix, icis. *Fauorable.* Propitius, a, m. Præſens, fauorabilis. Plebi fauorabilis. *Fauorecido del pueblo. Fauorable viento.* Ventus ſecundus, à puppi ferens. *Fauorablemente.* Fauorabiliter.

*Fauſto.* Fauſtus, us. Superbia, æ. Elatio tis. Vide, *Arrogancia.*

*Faxa.* Faſcia, vitta, æ. Strophium, ij. *De mugar.* Mammilare, is. *Faxar.* Faſcijs inuoluere, vincire, obligare.

*Faz.* Facies, ei. Aſpectus, vultus, us. *A prima faz.* Primo aſpectu, & ſpecie. Prima fronte.

## F ante E.

*FE, ò creencia.* Fides, ei. *Chriſtiana.* Orthoduxa fides, Chriſtiana, vera religio. *Conuertir a la Fè.* Ad agnitionem cultus diuini adducere, reuocare, traducere ad veritatis lumẽ. Vide, *Conuertir. Fè, ò palabra.* Fides, ei. *Tengo fe con Antonio.* Maximum fidei Antonio tribuo, fidem illi habeo. *Eſtar, ò tener con buena fè algo.* Præclara, tuta conſcientia hoc poſſidet, ſuſtentat. *Con mala.* Læſa, & reclamante conſcientia. *En buena fe.* Optime mibi fides haberi poteſt. *Dar fè de algo.* Teſtimonium dicere. Fidem propriam teſtari. Fide publica & ſigno munire, & teſtimonio comprobare. *Eſto haze fè.* Hoc fidem facit. *No ay ya coſa que haga fè, todo lo malicia el dinero.* Heus tu, noſtra ætas non multum fidei gerit. Tabulæ notantur, adſunt teſtes duodecim tempus, locumq; ſcribit actuarius, tamen inuenitur rhetor, qui factum negat: & litterarum fides reſignatur. *Fementido.* Fœdifrafus, perfidus.

*Fea coſa.* Turpis, deformis, e. Fœdus, abſurdus, a, m. *Fealdad.* Fœditas, tis. Turpido, deformitas. *Feamente.* Fœde, turpiter, indecore, tetrè.

*Febrero.* Februarius, ij,

*Fecha.* Vide. *Carta.*

*Fecundo.* Fœcundas, fertilis, vber, eris. *Fecundidad.* Vide, *Fertilidad.*

*Feligres.* Cliens fidelis, paræciæ.

*Feliz.* Felix, icis. Vide, *Dichoſa. Felicidad.* Beatitudo. Vide, *Dicha.*

*Felpa.* Phryxiana veſtis, vel toga villoſa, hirſuta.

*Fenecer.* Vide, *Acabar.*

*Fenix aue.* Phœnix, icis. Noſti illum orientes alitem de ſingularitate miraculum, de proſperitate monſtrũ, qui ſe metipſum funerans renouat natali fine dedecens, atque ſuccedens iterum.

*Feria.* Nundinæ, arum. Mercatus, us. *Dar ferias.* Elargiri nundinarum tempore liberaliter nummos ad munuſcula mercanda. *Cada vno*

ha-

*h bla de la feria, como le và en ella,* Qua in re clarus quiſque eſt, ad eã properat. In hanc rationem pro ſuo quiſque ſenſu ac dolore loquitur. Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſque ſuorum. Tempus & adſueta ponere in arte iuuat. *Mal le fue en la feria* Detrimentum in nundinis fecit. *Feriar.* Nundinor, aris. *Ferias de la ſemana.* Dies feriatus. Feria.

*Feroz.* Ferox, cis Vehemens, tis.

*Ferreruelo.* Vide *Capa.*

*Fertil.* Fertilis, vber, eris. Fœcundus, frugifer, a, m. Fructuoſus, ager ferax. *Fertilidad* Fertilitas, fœcunditas, feracitas, tis. Vbertas agrorum *Fertilizar los campos.* Fœcundo, as. Abundantem, fertilemque facere agrum.

*Feruiente.* Feruidus, a, m. Feruens, tis.

*Feruor.* Feruor, ris. Ardor animi, impetus, alacritas, mentis. *Feruoroſo.* Ardens, vehemens tis. Acer, feruens animus, percitus, incitus ardore dicendi. *Feruorearſe el Predicador.* Stimulos acres ſibi ad dicendum admouere. Sacra ſe ſuſcitare ira. Animorum zelo, & ſtudio rapi, incendi inflammari. Inuehi ardore ſpiritus in ſcelera. Vide, *Zelo.*

*Feſtejar.* Celebro, agito. Lætè, hilarèque agere feſtum diem. *A vn hueſped.* Hoſpitis gratia feſtiua ludicra iucundaque ſpectacula apparare, edere, exhibere. Vide *Regalar.* *A alguna muger.* Inſidias blandas amoris ſtruere, ponere virgini. Earum pudicitiam labefactãdam illecebris, & munuſculis remtare. Stuprum lenocinijs obſidere.

*Feſtiuo, coſa de fieſta* Solemnis, celebris. Feſta dies aderat.

*Feudo.* Clintelæ penſitatio. Tributum; fœudum clientelare, vel beneficiarium, quo poſteri, & hæredes benecfiij auctorem perpetuò agnoſcunt.

*Fiambre.* Caro elixa, frigida

## F ante I.

*Graue, ò moleſta coſa.* Grauis, res, moleſta, intempeſtiua, importuna. *Graue coſa de importancia.* Grauis admodum res, magni ponderis, & momenti. *Graue perſona* Homo grauis, ſerius, magna præditus grauitate, vir ampliſsimus. *Grauedad.* Grauitas, tis, ſeueritas, auctoritas, tis. *Tened grauedad.* In rogan ſaltantes perſonam ne inducas, nec ſerijs ludrica, miſceas. *Grauemente.* Grauiter, ſeriè, ſeuere. *El que haze del graue.* Grauaſtellus.

*Graznar el ganſo.* Vide, *Voz.*

*Greda.* Creta. Cinolia terra.

*Gremio.* Gremium, ij.

*Greña.* Coma ſoluta, & incompta.

*Grey.* Grex, gis. Reſpublica, æ.

*Greua.* Ocrea, æ. tibiale, is.

*Griego.* Græcus. *Somos Griegos, ò no nos entendemos?* Hirundinum Muſæa hæc ſunt, tam inepto garritu omnia òbſtrepunt?

*Grieta de la tierra.* Hiatus, us. Chaſma, atis.

*Grifo.* Gryps, iphis.

*Grillo.* Grillus, i. *Grillos de los pies.* Pèdicæ, còmpedes ferreæ. *Hecarſelos.* Conſtringere, vincere compedibus aliquem. *Los que andan con ellos.* Crurictèpidæ, ferriteri.

*Grima.* Horror, oris.

*Grita.* Vociferatio. Quiritatus, us. Inconditæ voces. *Dar grita à vno.* Sibilis, & contumelijs aliquem explodere. *Gritar.* Quirito, as. Vide, *Vocear.*

*Grito.* Vocis intentio quiritatus, us.

*Groſſero.* Homo ruſticus, agreſtis, incultus *Groſeramente.* Impolite, ruſtice. *Groſſeria.* Ruſticitas, tis. *Groſſero ſoys en porfiar tanto.* Vrges ruſtice ſane, negas, & in eo perſtas.

*Groſura.* Pinguedo, craſsitudo, inis. *Que ſe permite los Sabados.* Animalium viſcera, vel auium, inteſtina. Adipata edulia.

*Grua.* Tympanum versàtile Rota, ſiue machina, quà, circum agente intus homine, immania ſaxa ad ædificia tolluntur. Geranium. Catadròmus.

*Grueſſo.* Craſſus, pinguis, e. Obèſus.

*Grulla.* Grus, uis.

*Grumete.* Puer nauticus; Meſonauta, æ.

*Gru-*

*Grumo de vbas.* Racè nus, i. Vba, botrus, i. *De otra coſa.* Grumus, i.

*Gruñir.* Grunnio, is. Obgannio. *Tiene quien le gruña toda la vida.* Habet hic ei, qui, dum viuat vſque, in aurem obganniat. *Gruñido.* Grunnitus, us.

*Gruta.* Spelæum, ei. Crypta, æ,

## G ante V.

*Guadaña.* Falx fœnaria.

*Guay.* Væ. Hei.

*Gualda yerba.* Glaſtum, i.

*Gualdapra.* Stratum dorſuale equi.

*Guante.* Chirotheca, æ. *Aſſentar el guante.* Verbis aſperè, & acriter aliquem caſtigare, vel palmam, aut pugnum impingere in aliquem. Faciem depalmare.

*Guarda, el que guarda.* Cuſtos, dis. *Guardas de preſos.* Cuſtodia, æ. *Del Sagrario.* Cimeliarcha. *De damas.* Reginæ pediſequis præfectus Cuſtos. *De cerradura.* Repagula, orum, feræ. *Guarda, cuerpo de guardia.* Statio militaris. *Del Rey.* Prætoria cohors. *Guardainfante.* Ampullaceæ pompa fœmineæ veſtis, vteri tumerem diſsimulans. *Guarda del ganado* Pecuarius, armentarius, ij. *Guardaropa.* Veſtium cuſtos. *El que la limpia.* Veſtiſpicus. *La ropa guardada.* Syntheſis, is. *Donde ſe guarda.* Veſtiarium, ij. *Guardar.* Cuſtodio, is. Conſeruo, as. Tueor, eris, tutor, ſeruo, retineo, es. *Guardaos del Diablo.* Caueſis, ne, &c. *Guardate te digo.* Prædico, vt caueas, dico inquam caueas, caue. *Guardeos Dios Antonio.* Salvè, ô Antoni ſalvus ſit, & incolumis. *Ruega a Dios que te guarde.* Deum quæſo, vt ſis ſuperſtes & te ſoſpitet. *Guardarſe del peligro.* Vitare periculum, cauere, fugere, ſubterfugere, timere ſibi à periculo. *De pecar.* Declinare, deflectere à peccati via. Vmbram, vel leuiſsimam culpæ exhorreſcere. *Yo te la guardare.* Ego tibi conditam vindictam ſeruabo. *Guardarſe de malas compañias.* Vide, *Compañia.* *Guarda la Ley de Dios.* Latum, tranſverſum vnguem, aut digitum à diuina regula non diſcedere, vel progredi. Vide, *Mandamiento de Dios.*

*Guardian.* Cœnobiarcha Franciſcanus.

*Guarguero.* Vide, *Garganta.*

*Guarida.* Aſylum. Vide, *Acogida.*

*Guarecerſe.* Confugere, recipere ſe in aſylum, in aram, tutiſsimum portum, vel ſacram anchoram.

*Guariſmo.* Arithmus, i.

*Guarnecer.* Munio, is. Inſtruo, is. Fortiſsimis præſidijs munire, adornare, confirmare loca, Mariâ, portus. *Guarnicion.* Munitio, munimem. *De ſoldados.* Præſidia firma militum. *De veſtidos.* Prætextus limbus in oris veſtium. *Guarniciones de Cauallos.* Stragula equorum. *De Imagines.* Sigilla plutealia, vel pluteis incluſa.

*Guebra, trabajo de vn dia.* Opera diurna, æ. *De mulas.* Parboum, vel mularum.

*Guedeja.* Cirrus. In circum tortus capillus. *De lana.* Vellus, eris. *Guedejudo.* Crinitus, comatus, capilla-

latus, circinnatus.

*Gueco.* Vide, *Hueco.*

*Guerra.* Bellum,i. *Ciuil.* Domeſticum, inteſtinum, ciuile bellum. *Sin ſangre.* Bellum haud quaquam lacrymoſum, incruentum. *Naual.* Naumachia æ. Nauale prælium. *Muy coſtoſo.* Cuius victoria multo ſteterit ſanguine. Vbi victor flet, victus interijt. *De Gigantes.* Gigantomachia. *Quando ſe pelea, à cierra.* Prælium, conflictus, us. *Nunca ſalimos de guerras.* Armis vrgemur, premimur ſempiternis. In acie perpetua verſamur. Ardet Hiſpania diuturnis bellis. Perpetuo iſto bellorum æſtu inuoluimur, agitamur, longo, lentoque bello languemus, & tabeſcimus. Vides paſsim agros vaſtari, diripi oppida, incendi, euerti, homines capi, cædi, matronas pollui, virgenes imminui, & quæ alia comitari amant bella. *Publicar guerra.* Indicere bellum, clarigare. *Sugetar por guerra,* Debello, as. *Aun no ſe ha començado la guerra.* Nondum bellum ſuſceptum, initum, commiſſum, nondum belli initum fecimus. *Acabòſe felizmente la guerra.* Feliciſsimo euentu bellum profligatum eſt. Nulla ſcintilla tanti incendij reliqua fuit, omnis eſt extincta fauilla, oppreſſæ ſunt reliquiæ belli. Vide, *Batalla. Renouar la guerra.* Reuocari ad arma, iterum, atque iterum ingeminare bellum, bella conclamare. Ad ſaga redire, repetere denuò gladios. Redintegrare, renouare, ſuſcitare intermiſſum, extinctum, ſepultum bellum. *Hazer guerra.* Bellum gerere, ſuſcipere, conflare, comparare acerbum, duriſsimum, nefarium, crudere, exitioſum: alicui indicere, inferre. *Darla.* Conferre ſigna, conſerere manum, ad manus venire. Vide, *Encontrarſe. Temo no pare eſto en guerra.* Vereor ne ad arma, & manus veniatur, res tota reuocetur. Gladio potius, & vi, quam ratione, & conſilio res dirimatur, decidatur: non ex iure manu conſertum ad Prætorem vocemus, ſed manum ne cum hoſte conſeramus. *Ir à la guerra.* Dare nomen militiæ, vel ad militiam. Sacramento militiæ teneri, adſtringi: iurare in verba militiæ. Sacramentum dicere, militem conſcribi, ire ad ſaga, ſagatum prodire. *Dios nos libre de guerras.* Talem peſtem longe à nobis Deus amandet, abigat, ableget ad Turcas, & rebelles fidei. Abſint à noſtris finibus, arceantur procul, remoueantur, propulſentur tam diræ furiæ, & inſuum obſcurum chaos perpetuo, carcere vinctæ, compreſſæ damnentur. *Quien no ſabe lo que es guerra, vaya à ella.* Dulce bellum inexpertis. Heu mater putaui bellum eſſe adiectiuum (id eſt, *Coſa bella*) *Guerrear.* Bello, as. Belligeror, prælior, aris. Vide, *Contēder, y pelear. Guerreador, ò guerrero.* Bellator pugnax, bellicoſus. *Guerrilla.* Diſsidium, tumultus. *El que no es para guerra.* Inbellis, e.

*Gueſſa.* Foſſa, æ ſepulcrum.

*Gueſſo, y gueſped.* Vide, *Gues,* &c.

*Guia.* Dux, ucis. *Si es muger.* Ductrix, icis. *El que haze la guia.* Auctor,

ctor, coryphæus, præſultor, chotagus, qui funem ducit in chorea. *Guiar.* Duco,is ducto,as. Theſæum ſe præbere,& filium dirigere ſecuturo; alicui facem præferre *Guion.* Labarum.

*Guija.* Glarea, æ calculus, lapillus.

*Guiliote.* Vide, *Holgazan, vellaco.*

*Guinda.* Ceraſum acre, actium. *Garrafales.* Prægraudia, decumana, laſciua. *Guindo.* Ceraſus acris. *Guindalera.* Locus ceraſis actijs conſitus *Guindalera.* Vide, *Maroma. Guindar à vno.* Vide, *Colgarle.*

*Guineo.* Æthiops, opis. Vide, *Negro.*

*Guiñar.* Nuo, innuo, is. Conniueo, es.

*Guirnaldas de flores.* Serta, orum. *Hazerlas.* Contexere, conficere, compingere ſerta, corollas, florum redimicula.

*Guiſar.* Condio, is. Sapidum facere, reddere cibum, præcipuo commendare ſapore, gratumque condimentis, palato eficere. *Guiſado.* Condimentum, conditio, ciborum, irritamentum gulæ, pulmentum. *Guiſado harè, que ſe coman las manos tras èl.* Nunc ego ità conniuis cænam conditam dabo, atque ità ſuauiter, vt quiſque quidquid conditum guſtauerit, ipſos ſibi faciam, vt digitos prærodat ſuos.

*Guitarra.* Cythara, chelis Tarteſsia.

*Guiton.* Vagus, pannoſus, fagatus.

*Gullorias* Pediſme gullorias. Concupiſcis aſſam farinam. *Gula.* Vide, *Goloſina.*

*Gurupera.* Poſtilena, æ.

*Guſano de tierra.* Vermis, is. *De madera* Teredo, inis, thrips, iphis. *De ſeda,* Bombix, icis. necydalus. *Que viue vn dia.* Ephemeris idis. *Herbir de guſanos.* Vermiculor, aris. Verminare, vermiculis leaturire. *Guſanico.* Vermiculus. *Coſa labrada de guſanillo.* Vermiculata veſtis, vermiculis, vel teſſerulis variata, & diſtincta.

*Guſarapa.* Inſecta. orum. Tipula. æ.

*Guſtar.* Guſto, deguſto, libo, as, guſtum capere. *Guſtar de algo.* Capere, percipere ex aliqua re voluptatem, Mirificè aliqua re oblectari, captũ retineri, recentumque affici Saliuam inbibere. *Guſto.* Guſtus, guſtatus, us, palatum, voluptas. *No es eſſo de mi guſto, ò humor.* Hoc mihi, nec ad ſaliuam, nec guſtum, nec ſtomachum eſt, nec probatur. *Es de mi guſto.* Hoc animo meo libitum eſt, placet, & arridet palato. Sic volo, ſic iubeo, cordi mihi eſt, volupe eſt, *El ha de hazer ſu guſto, peſe a quien peſare. que te canſas?* Quid cum illo agis, qui neque ius neque bonum, atque æquum ſcit? Me ius, peius, proſit, obſit, nihil videt, niſi, quod lubet eſt pro ratione voluntas, libidine ſua metitur omnia. *Mucho guſto dio eſta comedia.* Excitauit hæc comedia plauſus. *Sobre guſtos no ay diſputa.* Suo quiſque ſtudio gaudet. Paſcitum meum mihi lex eſt, & ratio. *Dar guſto.* Gratificor, aris, placere, velificari alicui.

## De littera H.

### H ante A.

*HA, interjecion.* Hoè, hahà. *Ha lugar*

*eſſo.* Hoc vålet, locum habet. *Ha de auer.* Depet. *Ha veinte años que muriò mi padre.* Vigeſima lux hæc eſt ab interitu parentis. Vide, *Año. Conmigo las ha.* Mecum res eſt, agit rem gerit.

*Haba.* Faba, æ. *Lo negro della.* Hilum. *La caſcara.* Fabalia, ium. *El ollejo.* Scapus i [illegible] Con chis, i tis. *Su harina.* Lomentum.

*Habitar.* Habito, as, colo, incolo, is. *Habitacion.* Habitatio, domicilium, domus. *Habitador.* Incola, àccola, inquilinus.

*Habito.* Vide, *Abito.*

*Hablar.* For, aris. Fabulor, loquor, colloquor, eris. Verba facio, vocem emitto, orationem, ſermonem habeo, fero, confero. *Oy hablamos de vos largo.* Hodie in quorumdam amicorum ſermonem incidiſti, veniſti, communes quidam amici de te mentionem fecerunt, meminerunt, in noſtro verſatus es ſermone, amicorum cætui, & coronæ materiam prolixam de te colloquendi præbuiſti. Longam de te ad multas horas ſermocinationem produximus, traximus. *Habla muy aprieſa.* Verba celeriter voluit, eſt in eo mira linguæ volubilitas, celeritas, rapido feruntur orationis curſu. *Hablar entre dientes.* Intus ſibi loquitur, verba non apertè, & clare exprimit, ſed comprimit, muſſat, muſsitat. *Hablar con otro.* Colloqui, miſcere ſermones, conferre cum aliquo. *Dios nos habla por la Eſcritura Sagrada.* Sacris voluminibus ad nos diuina vox proficiſcitur. *Hablar bien de alguno.* Vide, *Alabar. Mal, Murmurar. Boucrias.* Vide, *Diſparates. No hablais palabra, que no ſea vna perla.* Tuus ſermo, tua oratio rèdolet nitorem, ſplendorem elegantem Romanæ linguæ. Excidit, elabitur nullum tibi verbum ex ore, niſi elegans, ſententijs grauidum, magno cum pondere, dignitate, & diligenti examine. Quam limare, pulcre, venuſtè, ornate, quanto cum cultu, verborumque nitidiſsima ſupellectile eloqueris. *Habla barbaramente.* Vide, *Barbaro. Hablar al ayre.* Cœlo, terræ, & vento loqui, ſurdo canere. *Con vnos habla eſto.* Intus tibi canit hoc carnem ad te hic ſermo. *No es lo miſmo hablar mucho, que bien.* Non eſt eiuſdem, & multa, & opportuna dicere. *Hablais de talanquera.* Eſublimi me detides Alieno ferox preſidio, lingua bellas Extrà periculum garris, & extra teli iactum minaris. *Mirad pues quiẽ habla.* Turtur cantat. Quis in amænum ſtridet. *Qae he de hablar yo con vn majadero.* Quid barbiton crocoro obloquitur? *Hablemos de las tejas abaxo.* Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Aliud homini, aliud diuinitati ſatis. *No habla eſſo conmigo.* Hoc ad me ſilet. *Hablad con corteſia.* Hoc genus orationis tolle. Bona verba quæſo, parcius, & ornatius iſta. *Dexadme acabar de hablar.* Sine me èloqui poſtremam ſyllabam. *Hablais como quien ſoys.* Eſt hæc tuæ perfidiæ vitæque vniuerſæ vox. *Quiero hablar a fulano.* Conuentum eſſe Antonium volo. *Habladme en lenguaje mas claro,*

*ro, aunque no tan polido.* Rudius, ſed planius, & apertius. *No ſe hable mas en eſto.* Piſci magis mutus in hac re ſis, ne verbum vltra in hac re, negry quidem, ſilentio ſupprimatur in poſterū mutus Hiparchiō deinceps de hac re, vel hiſcere non liceat *Hablara yo para mañana.* Rūpe vocem, cito, age, ne ſilentium perdat Amyclas. *Hablo.* Collocutio lingua, rumor. *Hablilla.* Rumuſculus, fabula, fabella. *Eſta hablilla anda por el Lugar.* Hæc fabella omnium impleuit aures, hic diſsipati rumuſculi per omnium ora vagantur. *Hablador.* Loquax, dicax, garrulus, vir ſummæ dicacitatis. Dodonæumes, Architæ crepitaculum, blattero, onis. Cypariſsi fructus, homo dictu magnificus, re inutilis. Lingua quo vadis? *Habladorcillo.* Linguax, locutuleius.

*Haca.* Vide. *Aca. Acanea.* Equus Britannicus.

*Hacina de leña.* Strues lignorum, ſtructa lignorum moles,

*Hacera de caſas.* Domorum ſeries, linea continuatæ domus.

*Hacha de luz.* Fax, acis, cereus, funale, is. *De partir.* Securis, is. Bipennis, is. *De armas.* Falx bellica. *Hachero.* Lychnuchus. *Hachones de pez.* Malleoli, faſces pice, & ſulphure ōbliti, ad concipiendum ignem comparari.

*Hado.* Fatum i. *Hadas.* Parcæ, arum, fanaticæ fœminæ. *Pocas ſon las hadas malas* Iam fata ſua flaminarumpunt. Phæbi boues abſumptiliant. *Caſa de hado.* Fatalis, e.

*Hayjar, y hayjado.* Vide, *Adoptar.*

*Halagar.* Blandior, iris, demulceo, es, blandiſsime aliquem appellare. *Halagos.* Blanditiæ, arum, illècebræ. *Atraer con ellos* Illicio, allicio, is. Clanditijs aliquem pellicere, & illiciis captare. *Halagueño.* Blandus, illex, icis, illecebroſus. *Con halagos, alagueñamente.* Illècebrosè blandè.

*Halcon.* Falco, onis.

*Halda.* Vide. *Falda.*

*Hallar buſcando.* Inuenio, reperio, is. *Sin buſcarle.* Offendo, is. *Con el hurto en las manos.* Deprehendere aliquem in facinore. *No me hallo en eſta tierra.* Cœlum, & ſolum iſtud mihi diſplicent, incommoda mihi ſunt. Non mea cum huius natura loci conuènit. *Si os hallais con dineros.* Si tibi nummi ſuppetunt. *Hallòſe en el negocio.* Adfuit & interfuit rei. *Quien guarda halla.* Quæ quiſque parat, & retinet, eadem ſibi ſuo tempore habet. *Echale donde nunca le halles.* Vbi cerui abijciunt cornua. *Hallazgo, coſa hallada.* Inuentum, res inuenta, inuentio. *Premio de lo hallado.* Præmium, ſiue munuſculum pro re inuenta, menytrum.

*Hamaca.* Segeſtria, ium, lectulus, ſiuè rete pènſile.

*Hamapol,* Papàuer erraticum.

*Hambre* Fames, is, inedia. *Canina.* Appetitus, ſeu appetentia canina, rabida edendi. *Morimos de hambre.* Adhæſit nobis ad infimum ventrem fames. Perìmus, ſtimulamur, premimur, conficimur, cruciamur, deficimus, enecti ſumus fame, inedia, penuria, & de-

deſiderio cibi. *Matar la hambre.* Poſtquam exempta fames, & amor eſt compreſſus edendi. Explere, depellere famem inanitatibus ſupplementum quærere. *Braua hambre ha auido eſte año.* Tanta caritas, & raritas annonæ hoc anno dominata eſt, vt homines hominibus imminerent, vt multa hominum millia fame interierint, enecto ſint. *Hambre, y eſperar, hazen rabiar.* Fames, & morabilem in natum conciunt. *Vengo muerto de hambre.* Integram famem ad ouum affero. *Naci el año de la hambre.* Per annonam caram duxit menatum pater. *Con la hambre razon no vale.* Venter auribus caret. *Tomar algo por hambre.* Ad deditionem cogere, compellere hominem, vrbem neceſsitate victus, inopia cibi. *A la hambre no ay pan malo.* Optimum condimentum eſt fames. Omnia eſculenta obſeſsis: cinctis ab hoſte veſca ſunt quælibet. *Hambriento.* Famelicus. *Hambron* Eſurio, onis, qui lingit ſalem. *Hambrear.* Eſurire, fameſcere.

*Haragan.* Deſes, idis, iners, piger.

*Harambel.* Velum penſile.

*Harapo.* Segmentum veteſ, ora veſtis.

*Harda, ò hardilla.* Sciùrus, i.

*Harina.* Farina, æ. *Su flor.* Pollen, inis. *Lo mas grueſſo.* Vtriculus extra tritici. *Derramador de la harina, y allegador de la ceniza.* In minimis cautus, perciſsimus in rebus minutiſſimis, & in magnis negligens. Ad menſuram aquam bibunt, citrà menſuram oſſam comedentes.

*Harreto.* Vannus, i, cribrum, i.

*Harnes.* Thorax ferreus.

*Haron.* Vide, *Haragan, ocioſo.*

*Harmonia.* Vide, *Armonia.*

*Harpa.* Cythara, Lyra, æ. *El que la tañe.* Cytharædus. *Harpar á vno.* Diſtendere inſtar fidium cytharæ ad cruciatum hominem.

*Harpia.* Harpyæ, arum. Obſcænæ vòlucres.

*Harpon.* Harpago, onis.

*Hartar.* Saturo, ſatio, as, expleo, repleo, es. *Harto de comida.* Satur infartur, ſaburratus cibo. *No me harto de ver eſto.* Mens expleri nequit, & ſpecioſiſsimæ huius tabulæ pulchritudine paſcere oculos, animũque exſaturare non poſſum. *Hartos eſtamos de oyr eſſo.* His rebus omnium noſtrum aures calent, tuiſque oneras ſermonibus. *Hartos ſomos.* Plures, quàm multi ſumus. *Harto, aduerbio.* Satis, admodùm, abundè affatim. *Harto hemos hablado.* Satias ſermonis nos cœpit. *Harto honrado es Antonio.* Sanè probus & optimus vir eſt Antonius. *Hartura.* Satietas, ſaturitas, expletio.

*Has. Que has?* Quid tibi eſt?

*Haſta.* Vide, *Lança. Darſe de las haſtas* Confligere vtrimque acriter dimicare collato, pede. *Haſta aqui.* Huc vſque, hactenus. *Haſta quando?* Quovſque, vſquequo? *Haſta que venga.* Vſque, dummodo veniat. *Haſta cinquenta años.* Prope, ad annos natus eſt quinquaginta.

*Haſtìo.* Faſtidium, tædium, ſatietas, atis. *Haſtìo tengo de todo lo deſta vida.* Omnia mihi mundana tædio, &

& faſtidio ſunt Præ ſtupore ſenſuum, humanarum rerum geſtum omnem, & ſuauitatem earum amiſi. Tenet me iamdiù omnium, quæ ſub aſpectum cadunt, faſtidioſa ſatietas. Terrena cuncta, vel cogitata ad nauſeam vſque ſtomachor, & faſtidio.

*Hato de ganado.* Pecus, oris, res pecuaria. *Hatos, ò veſtidos. Llevò ſu hato, y a Dios.* Vale dixit & omnia ſua ſecum portauit, veſtium, ſarcinas humeris impoſitas geſtauit. *Tomar ſu hatillo, y caminar.* Conuaſare, colligere vaſa, & ſarcinulas aditer.

*Hay.* Heu oh Vide, *Afectos.*

*Haz manojo.* Faſcis, is. manipulus lignorum, aut ſarmentorum, congeries. *Haz, ò cara.* Vide, *Faz. En haz, y paz de todos.* Omnium pace conſenſu, votis, ſtudio, & voluntate, approbantibus, & plaudentibus cũctis. *Sobre el haz de la tierra viuirà.* Longum in terris aget æuum. *Hombre de dos hazes.* Bifrons, Ianifacies, in vtrumque paratus. Ex vno ore calidum, & frigidum efflat.

*Haza, heredad ſembrada.* Seges, etis. *La mies ſegada.* Demeſsi falces, ſiue manipuli in agro.

*Hazañero.* Vultuoſus, qui geſtibus, & verbis inanem timorem oſtentat. Mimicus, geſticulator.

*Hazcona de vizcayno.* Pilum, i.

*Hazina.* Strues lignorum, ſiue aceruus ex ſtructus manipulorũ ex ſarmentis. *Hazinar muchas coſas.* Infarcire verba, inculcare, coacervare quaſi rimas expleat.

*Hazer.* Facio, is, efficio. *Penſando algo.* Ago, is. *Algun negocio.* Gero tracto, procuro negotium, rem cauſam. *Hazer de barro.* Fingo, is. formo. *De manos.* Excudo laboro, operor, fabrefacio. *Hazerle à vno Rey, ò Capitan.* Regem creare conſtituere ducem bello, exercitui, præficere, præponere. Vide, *Elegir. Hazer lo que deue.* Vide, *Deuer, y oficio. Caſo de alguno. Eſtimar. Hazer plazer.* Placere alicui, gratum facere eius amore, & gratia aliquid efficere. Ad alterius voluntatem ſe facilem exhibere, accommodare, præſtare. Multa huiuſmodi vide in ſuis locis. *Hazer bueno vna coſa que ſe vende.* Rei venditæ vitium præſtare. *Yo harè bueno, que.* Ego præſtabo, vt. *Hazer por alguno.* Fauere laudi, & honori alicuius, plurimum eius cauſa laborare. *Hazed por mi algo mas de lo que es razon.* Amori noſtro pluſculum, quam ratio concedit, largiaris. *Hemos he ho el vno por el otro.* Summa inter nos ſtudia certatim conſtiterunt. Amicitia noſtra ſummis officijs ab vtroque culta eſt. *Hazerſe amigo de vno.* Se ſimul ad amicitiam alicuius adrepere, illabi, in eam ſe inſinuare. *Hazedme merced deſto.* Per beneficium, & gratiam id mihi concede. Hoc mihi gratificare. Vide, *Merced. Hazer ſaber.* Certiorem, vel certum aliquem de re facere, reddere, erudire, edocere: enunciare, deferre aliquid alicui. *Hazer mal.* Malefacio. Vide, *Daño. Bien.* Benefacio. Vide, *Beneficio. Quien haze mal, eſpere otro tal.* Eodem bibe

poculo ; ab alio expectes , alteri quidquid feceris. *Hazer del enojado.* Simulari, mentiri iracundiam, perſonam irati hominis induere. *Hazer la cama à algo.* Præmunire, viam, ſternere, præſtuere alicui rei. *Hazer cama.* In lecto cauſà morbi decumbere, iàcere. *Hazer agua el nauio* Nauim aquam excipere, bibere. *No la hagas, y no la temas.* Qui peccat luit in ære, culpa enim damnoſa eſt. Virum improbum, vel mus mordet, & capra nocentem. *Hazerlo, y dezirlo.* Hic Rhodus, hic ſaltus eſt, re præſta ibi , quod alibi te feciſſe iactas. *Mas valiera no hazer eſto , que hazello.* Satius eſſet recurrere, quam currere male. *Para que hazes lo que no ſabes* ? Syrus cum non ſis, ne ſyriſſes. *Si lo hago, mal , ſino lo hago, peor.* Peribo, ſi non fecero : ſi taxo, vapulabo. *Hazes à dos manos.* Simul ſorbes , & flas, quod diſſi cillimum eſt. *No haze eſto al caſo.* Nihil ad rem, nihil ad Bacchum. Sed domum redeamus, quorsùm hæc ſpectant? *Hazer de hecho.* Ad opus, & rem manus adhibere , agendum agere. *Dize que ha de hazer, y acontecer.* Omnibus ominatur. Vide , *Fanfarron. Yo sè bien lo que me hago.* Mihi ego video , mihi ego ſapio, mihi ego credo plurimum. *Que harè? No sè que hazerme.* Quid agam incertum mihi eſt , nec quid corde nunc conſilij capere poſsim , ſcio. Nec mihi adeſt aliquid penſi. Iam quos capiam calceos ? *Hazed eſſo como guſtaredes.* Tibi, vt opus eſt, vel gratum , vel vtile , vel volupe facto, facio *No tiene mas que hazer.* Muſcas depellit. *Dad eſto por hecho.* Factum habe, rem confectam puta. Quin effectum dabo. *Que te he hecho yo?* Quid in me offendiſti? *A lo hecho no ay remedio.* Quod factum eſt , infectum fieri non poteſt, feras non culpes , quod vitare non potes. *Lo hecho, y por hazer dezia.* Facta, infactaque, digna, & indigna prædicabat.

*Hazaña, ò hecho.* Facinus oris, factum, res geſtæ. *Hanſe eſtendido tus hazañas.* Res tuæ geſtæ præclaræ orbis terræ regionibus definiuntur. Vide *Fama. Hazer alguna hazaña.* Egregium, admirable, præclarum præſtantiſsimum facinus edere, patrare, gerere Geſtas res maximas, illuſtres , immortales poſteritati conſecrare. Gòrgona Perſeus aggreditur. *Hechura, ò Imagen.* Figura, icon, onis. Vide, *Imagen. Vaſo de linda hechura.* Vas ſpecioſum, formaque venuſtum artificis manu commendatum ſatis, & ſpectabile. *Hechuras de veſtidos, ò otras obras.* Opera, æ. Labor, & pretium manus opificis. *Hazedor.* Factor, effector.

*Hazia alguna parte.* Regionem verſus. *Hazia qualquiera parte.* Quoquo verſus, vel verſum. *Hazia dentro.* Introrſum. *Hazia abaxo.* Deorſum. *Hazia arriba.* Surſum. *Hazia mano derecha.* Dextrorſum, *Yzquierda.* Læuorſum, ſiniſtrorſum, ad læuam. *Hazia atras.* Retrorſum. *Adelante.* Prorſum. *Hazia do vas?* Quorſum tendis?

*Hazienda.* Res familiaris, opes, diuitiæ, bona, fortunæ, facultates. *Gaſ-*

*tais*

*tais mal la hazienda.* Vide, *Gaſtar. Tener mucha hazienda.* Vide, *Rico. Bien ſabeis quan perdida eſtà mi hazienda.* Quem ad modum mea res familiaris fracta, diſsipata, direpta ſit, non ignoras. *Recia coſa es tener poca hazienda, con mayores obligaciones.* Grauiſsimum eſt, cum ſis ſuperior ordine, inferiorem eſſe fortuna. *Hazer hazienda.* Quod faciendum eſt facito, vrget opus, ad illud manus.

## H ante E.

*HEBRA de hilo.* Filum, *De ſeda.* Sericum. *Hebras de otra coſa.* Febræ, arum. *Enebrar.* Filum per foramen acus immittere, indere.

*Hebrero mes.* Februarius, ij.

*Hechar.* Vide, *Echar.*

*Hechizar.* Veneno, veneficijs aliquem inficere, maleficijs lædere. *Hechizero.* Veneficus, i. *Hechizera.* Venefica. Theſſala mulier, ſaga. *Braua hechizera.* Triuenifica. *Hechizos.* Veneficium, maleficium. *Para coſa de amores.* Philtrum, poculum amatorium.

*Hecho, y hechos.* Vide, *Hazer. Hecho eſtoy a eſſo, en Acoſtumbrar.*

*Heder.* Fæteo, es, male, grauiter oleo grauem odorem emittere. *Hedor.* Fætor, pædor, oris grauis odor. *De narizes.* Ozena, æ. *De los higados.* Spiritus, halitus peſtilens præcordiorum.

*Hele.* Ecce, en, eccum.

*Heleboro yerba.* Heleborum, i.

*Helecho yerba.* Filix, icis.

*Hembra.* Fœmina, æ. *De los corchetes.* Orbiculus, ocellus, quem fibula mordet.

*Henchir.* Impleo, repleo, es, plenum facio. *Henchimiento.* Repletio.

*Hender.* Findo, is. *Henderos he la cabeça.* Tuum in duas partes diuidam caput, diffindam, diffidum faciam. *Hiende el cauallo.* Vide, *Cauallo. Hender por medio de la gente.* Irrumpere per mediam turbam, irruere equo admiſſo per mediam aciem. *Hendirſe, ò abrirſe algo.* Dehiſco, hiaſco, is, hio, hiato, as. *Hendidura.* Fiſſura, diffiſſio, rimulæ, æ. *De la tierra.* Hiatus. *De la pluma, ò de yerba.* Crena, inciſura, æ.

*Herbolario.* Vide, *Erbolario.*

*Heredad.* Ager, i. Fundus, i. prædium. *Grande.* Latifundium, hæredium. *Tengo vna buena heredad junto al rio* Præclarus ager, & fundus mihi colitur, qui Durium fluuium tangit. Amœniſsimi mihi horti ſiti, ſatiſque ſunt propter Durij flumina. Affines, conterminos fundos amæno. Durio habeo, poſsideo. Prope nobilem regnatorem aquarum Durium prædia optimæ prætenduntur quæ ille dum copioſè rigat fœcunde alit. Agrum in hac regione meliorem, vberiorem, pinguiorem, fœcundioris glebæ, neque pretij maioris aliquis tenet, potitur.

*Heredad.* In alicuius demortui fortunas venire, iure hæreditatis ſuccedere: hæreditatē patris à cire Hęreditas ad me teſtamento peruenit, hæreditatem tenere, obire, capere, in patrē hæreditatis vocari. *Here-*

dero. Hæres, èdis. *En primer lugar.* In prima cera. *En ſegunda.* In ſecunda, & ſic de cæteris. *En vltimo.* In ima, in extrema cera. *En tercio, y quinto, ò en todo.* Ex aſſe. *En la mitad.* Ex ſemiſſe. *De la tercera parte.* Ex triente. *De la quarta.* Ex quadrante. *De la duodecima.* Ex vncia. *Heredero en confiança.* Commiſſarius, fiduciarius. *Dexòme, ò hizome ſu heredero.* Me ſuorum bonorum, fecit, inſtituit, ſcripſit heredem. Sua bona, rem familiarem, & fortunas mihi teſtamento legauit, reliquit. Me in hæreditatem vocauit. *Deſpues de ſu hijo, me nombrò por heredero.* Ego ſecundum filium hæres ab illo inſtitutus fui. *Herencia.* Hæreditas. *Hemos partido la herencia.* Hæc hæreditas ad vtrumque venit. Æqua lance in vtrumque vergit, ambo ex ſemiſſe hærèdes ſumus. *Mas pena tuue con la muerte de Antonio, que gozo con ſu herencia.* In hæreditatem neceſſarij mei Antonij inuitus veni, nam ſi ex ea aliquid commodi traxi, ob amiſſum amicum maximo cum dolore, & mæſtitiæ fœnore coniunctum fuit. Non tam me ſuorum bonorum, quam acerbi doloris heredem reliquit. Obtigit mihi hæc hæreditas non tam locuples, aut diuitiarum plena, quam lachrymarum, & doloris abundans. Elatus funere amicus maiori merſit animum mærore, acerbitate, & luctu, quam illius hæreditas aſperſit voluptate.

Herege. Hæreticus, dirà peſte hæreſeos infectus, cui hæreſis dica eſt impacta. Dei, & religionis perduellis, in cuius mente virus hæreſeos gliſcit, & à veræſi dei caſtris & militia deficit. Mentes Thyrſo ſectarum percuſſæ, debacchantes. *Heregia.* Hæreſis, hæretica impietas, prauitas, perfidia. *Dexar la heregia.* Hæreſim abiurare, eiurare, abdicare. Poſtliminio ad veram fidem, & piam Eccleſiæ matrem redire, Catholicæque religioni reſtitui. *Hereſiarca.* Auctor, princeps, frons, caput hæreſis. Archihæreticus, hæreticorum dux, & anteſignanus.

Herir. Ferio, is. ico, percutio, is. *Las aues con el pico la tierra.* Pauios, is. *Herir llagando.* Vulnero, laucio, as, cædo, is. *Tal herida ò llaga.* Vulnus, eris, plaga, æ. *Diòle muchas heridas.* Multa illi vulnera inflixit, impoſuit, plagas fecit. Multis illum vulneribus affecit, confecit, confoditi ab illo cruenta vulnera accepit.

Hermano. Frater, germanus. *Solo de parte de padre, ò de madre.* Ex patre, vel matre frater, aut ſoror. *De leche.* Conlactaneus. *De vn parto.* Gemelli. *De diverſos padres.* Vterini. *Hermana.* Germana ſoror. *Hermanar vna coſa con otra.* Adiungere, adnectere, connectere aliqua interſe. *Muy bien ſe hermanan los dos.* Hi recte conueniunt, ſibi cohærent, & coniurant amice. Interdum feſſæ ſuccedit læua ſorori. Fraterna quaſi coniunctione deuincti ſibi reſpondent. *Hermandad.* Germanitas, fraterni-

ni-

nitas. *De Cofadria.* Sodalitas, ſodalitium, confraternitas. *Hermanablemente.* Fraternè.

*Hermita.* Ædicula, ſacellum in heremo *Hermitaño.* Heremita, æ Herèmi cultor, incola, àccola deſerti, ſolitudinis habitator. *Hiermo.* Vaſta ſolitudo, herèmus, i.

*Hermoſo.* Pulcher, formoſus, decòrus, qui inſignis forma, & egregià venuſtate oris commendatur In quo forma, decor, & ſpecies liberalis nitet, pulchritudine præditus ad miranda. *Hermoſo es como vn Angel.* Angelum ſplendore, & pulchritudine micantem cerneres adoleſcentulum, forma, & vultu adeò modeſto, venuſto, & liberali, vt nihil ſupra *Hermoſo, y ſin afeyte.* Pulchra natura facies, cui nihil adeſt adiumenti ad pulchritudinem. In cuius forma vis boni ipſa ineſt. Specie lepida virgo. Veneris effigia hæc eſt: vt in ocellis hilaritudo cum grauitate ineſt. Corpus vulturium, ſubàquilum volui dicere. *Hermoſura.* Pulchritudo, venuſtus, decor niueus candor, vultus, emendatiſsima genarum ſcriptura, decus oris, nullà facies labe inſignita, miraculum pulchritudinis, inuſitata elegantia, ſpecies, & digna imperio forma. *Hermoſear.* Decòro orno, as, reddere aliquid pulchrum, venuſtum. *Hermoſamente.* Decòre, pulchrè, bellè *Lo mas hermoſo mas peligroſo.* Funus pulchritudinem perſequitur.

*Heroyco hombre.* Heros, ois. *Muger.* Heroina, æ. Herois, idis. *Heroyca coſa.* Heroicus, illuſtris, nobilis, egregius. *Heroycamente.* Heroicè. *Verſos heroycos.* Exametrum carmen heroycum.

*Herrada.* Situla, Hydria, æ.

*Herradura.* Solea, ferrea, veſtigium equi *Herrar la beſtia.* Soleas ferreas inducere, affigere equo, calceo ferreo vngulam munire, calceare quadrupedem. *Herrador.* Calcearius ferreus. *Herrar ganado.* Pècori notá imponere, inurere. *A eſclauo.* Imprimere frontem, & genas ambas ingentibus litteris, notamque fugitiuorum: epigramma per totam faciem liberali manu ducere. Inſcribere fugaci mancipio faciem, compungere, & notis illis. S. & C. ſeruitutem exprimere. Calida forcipe ſignare probroſa ſtigmata, inexpiabili nota litterarum per ſummam oris contumeliam ſeruum inurere. *Herramienta.* Inſtrumenta ferrea, arma fabrilia ex ferro.

*Herrar el camino*, &c. Vide. *Errar.*

*Herrero.* Faber ferrarius. *En caſa del Herrero cuchillo de mangorrero.* Inter lapides pugnabant nec lapidem tollere poterant. Deperire ſiti, ſuperante ad labra liquore. *Herreria.* Officina ferraria. *Herrumbre.* Ferrugo, inis.

*Herren paſto de bueyes.* Ocymum.

*Herrenal.* Aruum ſeptum ſerendo hordeo aptum, excultum.

*Heruir.* Ferueo, es, efferueſco. *Hierue de gente eſte Lugar.* Frequenti multitudine, & turba hominum oppidum celebratur, ſcàtutit. *De guſanos.* Vide, *Guſanos.* *Heruor.* Feruor, æſtus, us. *Heruiente.* Feruidus, a. m.

*Heuilla, ò heuilleta.* Fibula, æ. *No te falta heuilla.* Ex omni parte conſtat integra res eſt, nec fibula, aut fibria deſideratur.

*Hezes.* Fœces, ium. *De azeyte.* Amurca. *De vino.* Fœces vini. *De hombre.* Oletum, i.

*Hebiſco yerba.* Anthea, æ. hibiſcus.

*Hidalgo.* Ingenuus, nobilis, immunis. *Hidalguia.* Immunitas, ingenuitas. *Ahidalgado.* Ingenua indoles, liberalis animus, nobile pectus, & reſpectus.

*Hidra ſerpiente.* Hidra, æ.

*Hidropeſia.* Aqua intercus, hydropèſis. *Hydropicus.* Hydrops, opis.

*Hiel.* Fel, ellis. *De la tierra yerba.* Fel terræ. *No tiene hiel eſte hombre.* Sine felle, & billi homo, candido, & ſimplici pectore eſt.

*Hierarchia* Hierarchia, ſacrarum rerum ordo, & gradus.

*Hieroglifico.* Hieroglyphicus.

*Hierno.* Gener, eri.

*Hierro.* Ferrum. *Coſa de hierro.* Ferreus, a, um.

*Hinojo yerba.* Chamæacte, es.

*Higa contra el ojo.* Lynx, ingis, amulètum contra faſcinum. *Para eſcarnio* Sanna, quæ cōligat pollicem inter indicem, & medium, ſiue intamem digitum, formans irriſionis ſignū. *Dar higas.* Oſtendere ſannas irriſionis cauſam, hac poſitione digitorum, & forma.

*Higado.* Iecur, oris, hepar, aris. *Hechar los higados por algo.* Manibus, pedibus, & neruis omnibus eniti, vt aliquid conſequaris. *Higadillo.* Iecuſculum.

*Higos.* Ficus, us, vel, i. *Por madurar.* Groſſus, i. *Paſſado.* Càrica, æ, ficus paſſa. *Deſabridos, ò ſiluestres.* Matiſca, æ. *Higuera.* Ficus. *Loca.* Sycomòrus. *Granillos de los higos.* Cerchramides, um.

*Hijo.* Filius, natus genitus. *Vnico.* Vnigeni, vnigenitus. *Que nace muerto el padre.* Poſthumus *Que nace de pies* Agrippa. *Con abuelo muerto el padre* Opiter, eris. *Legitimo.* Iuſtà vxore natus, naturalis, legitimus *Natural.* Libero, ac ſoluto concubitu ſatis, ſuſceptus. *Baſtardo.* Nothus, ſpurius. *Adoptiuo* Adoptiuus, adſcitus iudicio, & voluntate filius. *Meſtizo.* Hybrida, æ. *Expueſtos.* Vide, *Expueſto.* *Hijos. Gemelos.* Gemelli vterini. *El que de los dos queda viuo.* Vopiſcus. *El que eſtà fuera de la poteſtad del padre.* Emancipatus. *Hijos de hermano y hermana.* Amitini. *Hijo del Diablo,* Incubus, à furijs oriundus. *Es vn hijo de tos los Diablos.* Homo nefarius ex omnium ſcelerum colluuione natus. *Al hijo del rico no le toques al veſtido.* Deorum liberi ſunt invulnerabiles *Es tan mal hijo, que aun no le pueden ver ſus padres.* Flagitioſus, & proflagitus adoleſcens, quem pater odit, quem mater auerſatur, & odère ſorores; cuius flagitia, & libidinum prodigia, ſic parentes exacerbant, exagitant, vt non ſolum à ſe addicent, ſed è ſuæ domus liminibus eiectū, expulſum exterminent, & in vltimas terras gaudeant amandare. Qui vel matri ipſi probari non poteſt, verum aqua, & igni illi interdictum eſt in paterna domo. *Hijos, è hijas.* Liberi, orum, proles, ſoboles. *Hija.*

*ja*. Filia, nata æ. *Tiene muchos hijos*. Multos Antonius ſuſcepit, genuit, procreauit, generauit filios. Ingenti, & numeroſà prole eius nobiliſſima familia aucta fuit. Plures illi nati, ſati, orti ſunt filij. Spe maxima eſt elatus nepotum. *Es hijo de ſu padre*. Patris eſt filius quem moribus exprimi, os, vultum, corporis totius habitum refert, & non tam ſanguine, quam virtute repræſentat. Vide, *Semejante*. *Hijo eres, y padre ſeràs, qual hizieres, tal auràs*. Quæcumque ſtipendia parentibus intuleris, eadem ipſe à filijs expecta. *Hazed como hijo de tal padre*. Numquam dimittas cogitationem, cuius filius ſis. Vide, *Degenerar*. *Hijo eſpiritual*. A ſpiritu, vel à ſpirituali diſciplina filius, non carne, ſed ſpiritu genitus, diſcipulus, & hæres ſpiritus alicuius.

*Hilo*. Filum, i. ſtamen, inis. *De carpinteros para enderezar el corte*. Amuſſis, is. *Hilo de perlas*. Linea margaritarum. *De ſangre, que corre hilo à hilo*. Stillans ſanguis, filum diductû ſanguinis. *Vaya eſto al hilo*. Ad amuſsim dirigatur. *Cuelga de vn hilo*. De filo pendet. *Por el hilo ſe ſaca el ouillo*. Ab vngue leonem, Cauda de vulpe teſtatur. *Irſe al hilo de la gente*. Æſtus nos conſuetudinis, multitudinis abſorbet. Ducimur properante turbà. *Hilo de pita*. Tenuiſsimum, & ſubtiliſsimum filum. *Hilo enebrado*. Acia, æ. Filum acui inſertum.

*Hilar*. Neo, es. Penſa, filum ducere, trahere, deducere, voluto fuſo tribus digitis. *Algo gordo lo hila*. Poeta hic quiddam pingue, obſoletum ſonat, & peregrinum. *Delgado*. Tenue ducit orationis filum, ſubtiliori vtitur ſtylo. *Hilado*. Penſum iam netum. *Hilandera*. Filatrix, lanipendia, æ. *Hilas para las heridas*. Linamentum ſaniarium. *Hilachas*. Fila, aut linamentum carptum, volſum.

*Hilera de ladrillos*. Doctus, us. Laterum ordo, coria lapidum. *De caſas*. Domorum ſeries, linea.

*Himno*. Hymnus i.

*Hincar, ò enclauar*. Figo, configo, is. *Hincar las rodillas*. Genua flectere, geniculari, genu niti.

*Hinchar ſoplando*. Inflo, as. *Hincharſe*. Turgeo, tumeo, es. *Hinchar algo*. Tumefacio, is. *Hinchazon*. Tumor, òris, inflammatio. *De golpe*. Tuber, eris. *Hincharſe de eſta ſuerte*. Extubero, as, intumeſco, is. *Hinchado*. Tumidus, turgidus, inflatus, ventoſus. Vide, *Soberbia*.

*Hinojo*. Fœniculum, i.

*Hiperbole*. Ementiens ſuperiectio. Hyperbole, es.

*Hipo*. Singultus, us. *Tener hipo de algo*. Solitè, anxièque rei inhiare, ardenter ſtudere: ſitienter appetere, affectare aliquid.

*Hipocras*. Vide, *Vino*.

*Hiprocreſia*. Virtutis ſimulatio, ficta pietas, virtutis vmbra, hypocriſis. *Hiprocrita*. Simulator virtutis, qui fictis pietatis indicijs, ſanctitatis opinionem, famamque colligit, aucupatur, eruditus artificio ſimulationis. *El Diablo en el cuerpo, y en la mano el Roſario*.

Intus. Hècuba, foris. Hèlena, Barbatenus ſapiens.

Hipoteſis. hypòſtaſis, is.

*Hypoteca.* hypothèce, es, ſuppoſitio, pignus. *Bienes hypotecados.* Bona fundi pignorati, quæ caueant omnia creditoris damna.

*Hiſtoria.* hiſtoria. *De cada año* Annales, ium. *Pondrè vueſtras hazañas en hiſtoria.* Tuas res geſtas litterarum monimentis commendabo meis, ab obliuione in lucem, & memoriam vindicabo ſempiternam. Tuarum rerum geſtarum hiſtoriam contexam. Vide, *Eſcriuir.* *Hiſtoriador.* hiſtoriographus. Scriptor.

*Hito.* Scopus, i. *Dar en el hito.* Scopum attingere. *Mirar de hito en hito.* Intentam oculorum aciem in aliquo figere, attentè hominem intueri. *Mudar hitos.* Locus ſedemque mutare.

## H ante O.

*Hobachon.* Corpulentus, & carnoſus homo, verum deſes, & ignauus.

*Hovero cauallo.* Maculis aſperſus equus, maculata pelle varius.

*Hozico de puerco.* Roſtrum. *Poneſme hozico.* Toruum mihi os, & vultum oſtendis. Quid mihi frontem, & faciem caperas? Quæ aſperitas, iſta tui oris eſt? *Hozicar la beſtia.* Caſu, aut lapſu equum in terram ora impingere. *Hoçar la yerba.* Roſtro inuertere terram ſues, eruereque radicitùs herbam.

*Hogar.* Focus, i. foculus, i.

*Hoguera.* Pyra, æ, rogus, i. *Para quemar muertos.* Buſtum, rogus.

*Hogaça.* Panicia menſa, ſolum cereale. *A mi padre llamaron hogaça, y yo me muero de hambre.* Quid refert patrē habuiſſe Creſſum, ſi æſtuaria fortuna ſrus ſum.

*Hoja.* Folium, frons, ondis. *Con ſus rayas, ò venicas.* Crennatum, pinnatum. *Echar ojas.* Frondeſco, frondes emittere arborem, ſe frondibus veſtire. *Hoja de libro, ò papel.* Folium, philyra. *Boluer la hoja.* Vide. *Boluer.* *Dexemos aqui doblada la hoja.* Hic ſermonem intermittamus poſtea reuocandum. *Hoja de eſpada.* Acies, & facies enſis. *De metal.* Bractea, æ.

*Hojaldre.* Placenta, æ.

*Hojuelas* laganum. Bractèæ, vel laminæ epulares, edules.

*Hoya.* Foſſa. *Hoyo.* Scrobs, obis.

*Holgar, y deſcāſar.* Quieſco, ferior, aris. Vacare, ceſſare, ſuperſedère labore, & opere. *Holgarſe de algo.* Gaudeo, lætor, oblector, capere, ſuſcipere delectationem. *Holgarſe jugando.* Vide, *Jugar.* *Entretenerſe.* *Oy es dia de huelga.* Feriatus dies feſtus hodiernus eſt. *Holguemonos oy largo, y tendido.* Indulgendum nobis hodie largè genio eſt, & ludo. Floræque Deæ florida hac die litandum. Hunc quem mihi dedit Deus diem, meam culpam habeo, niſi per excruciauero, laceràuero, ad omnem animi remiſſionem, ludumque deſcendam. Genialiter viuam, & nepotabor hodie. *O quanto te has de holgar de eſto!* Teſcio mea ſolide gaudiorum eſſe gaudia in hac re. *Holgar, ò eſtar ocioſo.* Vide, *Oficio.*

*Hol-*

*Holgura*. Voluptas, iucunditas, oblectatio. *Yr à alguna holgura*. Ad locum voluptatis plenum curandi, & recreandi corporis cauſa concedere. Amænam deliciosam villam, hortoſque voluptarios, vbi liberè oblectari, laſciuire, & uſitate liceat, adire. *Holgado en el veſtido*. Laxa, fluenſque veſtis. *En hazienda*. Affluens diuitijs. Vide, *Rico*. *Holgazan*. Deſes, idis, a labore abhorrens, qui in chœnice figit ſedem, & inertia laborat.

*Hollar*. Calco, as. Vide, *Piſar*.

*Hollego*. Folliculus, valuulus, pericarpium. *Echar ollejos*. Siliquor, aris. *Quitarſelos*. Pilo, is.

*Hollin*. Fuligo, inis.

*Holocauſto*. Holocauſtum, i.

*Hombre*. Homo, inis, vir, iri. *Pequeño*. Homuncio, homunculus, homulus, i. *Hombrecillo de no nada*. Quid hoc hominis? Homulus ex argilla, & luto factus. *Hombre es muy de bien*. Vir eſt integer, optimus, probus, qui probitate, & bonitate commendatur, ſpectatæ virtutis. *Mal hombre*. Vide, *Mal*. *Hombre apercebido vale por dos*. Crania bina gerit, & oculus innumeros. *Hombre de altos penſamientos*. Generoſus, magnimuſque vir, cuius mens nihil infimum, abiectum, aut humile cogitat, petit tamen omnia alta, excelſa, ſublimia. Vir altamente prædītus. *Es hombre ya*. Exceſsit ex ephæbis, adultæ iam ætatis, ſine creſcendi ſpe, iam ſe corroborauit, & inter viros eſt vir, multum roboris illius acceſsit ætati. *No eres hombre, ſino, &c*. Nullus es niſi, &c. *O mal hombre, que auias de ſer echado cabo del mundo*! Oſcelus, ò portentum in vltimas terras exportandum! *Huele la caſa à hombre*. Virum te præbe, & omnibus virum te proba. *No tengo hombre*. Nudus tanquam ex matre, omni ope deſtitutus iaceo, nec qui manum porrigat, habeo. *Si ſois hombre*. Si aliquis es vir, ſi virum te vis probare. *Morid como hombre*. Fortiter cade. *Eſſo es hazer al hombre muger*. Seruire ne tibi poſtulas viros Inter ancillas ſedere iubeas, lanam carpere. *No ay hombre con hombre*. Diſsident omnes, ſcinditur confuſa multitudo in varias partes. *Hombre de ſu palabra*. Bonæ fidei homo, qui promiſsis ſemper ſtat, nec fidem violat, nec frangit. *Hombre de importancia*. Quid ſedet in puppi, ad gubernacula, & clauum nauis. Cuius auctoritas grauiſsima eſt, dignitas ampliſsimas, & magno Reipublicæ emolumento, & bono. *Hombre de valor*. Vide, *Fuerte*.

*Hombro*. Humeri, orum. *Lleuar en hombros*. Suffultum humeris aliquem portare, vectare. *Ponerſe hombro con hombro con otro*. Parem ſe alicui conferre. Vide, *Compararſe Arrimar, ò poner el hombro a algo*. Succedere alicui laboranti, ſuppetias ferre. Vide, *Ayudar*. *Mirar a vno ſobre hombro*. Aliquem quaſi victum intueri. *De hombros ſacados, ò alones*. Alatus homo, extantibus humerorum alis, aut prominentibus.

*Honda*. Funda, æ. *Donde ſe pone la piedra*. Scutale, is. *Tirar con ella*. Excutere fun-

funda lapidem, emittere, iacere, eiaculari. *Hondero que tira con honda.* Funditor, oris.

*Honda coſa.* Profundus, altus. *Hondura.* Profundum, profunditas, altitudo. *No os metais en eſſas honduras* Ne pennas niſi maiores extendas, ne temere Abydum nauiges, aut calces. *Hondon.* Fundus. *Haſta el hondon.* Funditus, i.

*Hongo* Fungus, boletus, i.

*Honeſta coſa.* Honeſtus, pudicus, a. m. *Honeſtidad.* Pudicitia pudor. *Honeſtamente* Honeſtè, decorè.

*Honra.* Honor, vel honos, oris, decus, oris. *No ſabeis en que eſta la verdadera honra.* Senſum veræ gloriæ non capis, neque veræ laudis guſtum habes. *Como nada pie de de mi honra, harè eſſo* Faciam hoc ex mea dignitate, modo rationem habeam dignitatis meæ, tuæ laudi inſeruiam, & honori. Integra, & incolumi dignitate mea libenter id præſtabo. *Con eſſe hecho aueis aumentado vueſtra honra.* Tam præclaro facto multum tibi decoris, & dignitatis adiunxiſti, addidiſti. Tua clarius dignitas illuſtrata eſt, & illuſtrius clareſcit. Amplificata magnopere eſt tua gloria, illique maximus cumulus acceſsit. *Por eſte medio alcançareis grande honra.* Hæc te via ad ſummum gloriæ cul men perducet. Subſternet tibi, & muniet, non modo aperiet, firmiſsimam, rectam, & ornatiſsimam, ad veræ laduis gloriam, viam. Hunc tene, quem iniuiſti, ad maximos honores curſum, qui te ſecundo amne ad voluntatis tuæ ripas feliciter euehet.

*Conſeruad vueſtra honra.* Cura, vt dignitatem retineas tuam. *Alcançar grandes honras.* Conſequi, aſſequi, obtinere honores. Aſcendere, euehi efferri, promoueri, peruenire ad ſumma hono rum culmina, ad altiſsimos dignitatis gradus. *Han embaraçado el paſſo à vueſtra honra.* Præcluſus, & intercluſus aditu tibi eſt ad honores. *Boluiò por ſu honra.* Deleuit maculam quæ ſaſo aſperſus fuerat; dignitatem & honorem ſuum ex calumnijs vindicauit, & in veritatis lucem aſſeruit. Leuauit ſe tanto falce, & onere graui calumniarum, cum illas eleuaret. Diluit honorificè impoſitam ſibi iniuriam, & ſuo honori cumulate ſatisfecit. *Tomòlo por punto de honra.* Summum ſibi hunc æſtimat honorem loco ſummæ exiſti mationis, & dignitatis hoc ducit, putat, habet. *Honras ſe dan à los que no las merecen.* Corui luſcinijs honoratior es iam ſunt, indocti doctis, improbi probis præferuntur, immeritis tribuuntur honores. *Vame mi honrilla en eſto.* Honos mihi agitur quantulus ille ſit; de honore certatur, & exiſtimatione mea; dignitas mea periclitatur. *Honrar à vno* Honorare, honeſtare aliquem, præſtare, facere, tribuere, afferre alicui honorem. Ampliſsimo aliquem afficere, ornare, illuſtrare, decorare, habere, proſequi honore. Venerari, obſeruare, colere virum. Cedere via, latus tegere, faſces ſubmittere, caput alicui aperire. Omnia venerationis, obſeruantiæ, cultus, & honoris

ris officia merito viro deferre. *Desea mucho ſer honrado.* Vmbras fallæ gloriæ conſectatur, aucupatur; inanes populi auras captat, ventos rumorum colligit plauſibus vehementer ſtudet humanis, ſpe, imagine, ſplendoreque vano capitur, ducitur gloriæ. *Honrado hombre.* Honoratus, & ſummo ſplendore conſpicuus vir, ſummis ornamentis & honoribus inſignis, omnium quantum eſt, qui viuunt honoratiſsimus. *Hombre honrado de otros.* Qui ſuum cuique defert honorem, & alienum ſuum ducit, & in omnes honorificentiſsimus eſt, ſuauiſsimus, & humaniſsimus. *Hombre ſin honra.* Ignobilis, inglorius, ſine honore, & exiſtimatione, nullo ſplendore vitæ, numero, aut loco, nulla commendatione famæ, aut illuſtris facti celebris. Inhonotus, inhonoratus. Vide, *Deshonrar.* *Honoroſa coſa.* Honeſta res, pulcherrima, præclara, honorifica. *Honroſamente.* Honeſtè, laudabiliter, honorate, honorificè. *Honras, ò Exequias.* Honores ſupremi, exequiæ, arum. *Hazerlos.* Facere funus alıqui, proſequi funeris exequias ſupremis honoribus. Ad funus, ad exequias cohoneſtandas venire. Iuſtum, amplum, funeſtum, familiare funus inducere. Vide, *Entierro.*

*Hora.* Hora, æ. *Media, ò quarto.* Vide in ſuis locis. *Diò la hora.* Audiuimus horæ ſignum: horoligij cymbalum ſignauit, indicauit nobis horam. *Ya es hora.* Nunc modò. Hora, & punctum temporis hoc eſt: in ſtatum tempus, & horam incidimus. *Horas Canonicas.* Preces ſacræ horariæ, in dici horas diſtributæ. *Horas de Nueſtra Señora.* Libellus, quo ſacræ præces in Diurnum Magnæ Virginis cultum, & laudes continentur, recitantur. *Eſperame vna hora.* Ad horam me expecta. *Vete en hora mala.* Apage indirectum. Ad coruos abeas, in malam rem, & exitum. *En hora buena.* Bonis auibus, fellicibus auſpicijs *Echòme en hora mala.* Multis, & peſsimis verbis me malè, acceptum dimiſit.

*Horador.* Terebro, as, fodio, is. *Horáco.* Foramen, inis.

*Horca.* Patibulum furca, crux, gabalus, i. *Fueſe por ſu pie a la horca.* Ipſe ſe ad damnationem offert. *Horca para leuantar las hazes.* Marga, æ. *Horquilla* Furcula, æ. *Para ſuſtentar las vides.* Pedamentum, adminiculum. *Horquilla* Adminiculor, aris. Pedimenta vitibus erigendis, fulciendiſque ſubijcere.

*Horcegadura.* Fœmorũ dibortium; canũ ſpatiũ inter fœmina, ſeu fæmora.

*Horma.* Forma calcei, modulus muſtricula, æ. *Hallò horma de ſu zapato* Formis in fortiorem incidit.

*Hormiga.* Formica, æ. *Coſa de hormiga.* Formicinus. *Pulſo que hormiguea, y mortal.* Pulſus formicans, debilis, exiguus, & frequens.

*Hormiguillo.* Ex pane friato, aut auellana pinſita ius eſculentum.

*Hormaza, ò horno.* Fornax, acis, caminus, clibanus, furnus, i. *De cal.* Fornax calcaria, *Hornera.* Artopta, æ. panifica, quæ fornariam exercet.

cet. *Hornero.* Artòcodas.

Horro *eſclauo.* Libertus, manumiſſus. *Vamos horros.* Indemnem me in ludo præſta, caueas mihi. Communem vtrique aleam ſubeamus, vt tu mihi & ego tibi, ſi ſors aduerſa fuerit, lucellum remittam.

Horro, *ò libre de todo.* Vide, *Libre.*

Horror. Horror, horriditas, tremor. Vide, *Eſpanto. Horrenda coſa.* Horribilis, horrificus. *Horrura.* Squalor.

*Hortaliza.* Olus, eris. *Hortelano.* Olitor. *Hortelana* Olitrix, cis.

*Horriga.* Vitica, æ.

*Hoſco.* Toruus, immitis, aſper.

*Hoſpedar.* Aliquem hoſpitio accipere, ſuis excipere tectis, domo, ædibus. *No irè a hoſpedarme à otra caſa, que a la vueſtra.* Cum in iſtum locum venero, certum mihi & recta ad te, alio non diuertam. Vt Iuno illa homerica in concilium Deorũ veniens à nemine poculum, niſi à Themide accepit, ſic ego tuo inter omnes hoſpitio, & beneficio vtar, quod mihi conitèr, & liberalitèr offers. Hoſpitalis teſſera tecum locum mihi perpetua eſt. *Hoſpedarſe.* Diuerſari, diuertere apud aliquem. *Hueſped que a otro recibe.* Hoſpes itis. *El recibido.* Diuerſor, oris & hoſpes. *A tal hueſped bien podeis combidar otra vez.* Hoſpes is eſt, cui dicas, amabo te eodem ad me, cum reuertere. *Es el hueſped como el pez, que a tres dias hiede.* Piſcis nequam eſt, niſi recens, & hoſpes primo aduentu ingratus non eſt, ſed antè triduum fæter. *Si ſois mi hueſped, os tratarè ſin cumplimiento* Hoſpitium tibi apud me erit familiare, ſcilicèt & ſobrium, nec propter te maiorem fumum vicinia videbit. Vide, *Agaſajar. Regalar. Coſa que hoſpeda.* Hoſpitalis. *Que no.* Inhoſpitalis inhoſpitus, inhumanus. *Hoſpedaje.* Hoſpitalitas, beniguitas, facilitas erga hoſpites. *Hoſpederia.* Hoſpitiũ, diuerſorium, quod venientibus patet. *Hueſpeda que hoſpeda, ò es hoſpedada.* Hoſpitia, æ.

*Hoſpital de enfermos.* Pauperum, ægrotum domicilium, valetudinarium, noſocomium. *De peregrinos.* Xenodochium. *De niños expueſtos.* Brephotrophium, curotrophium. *De huerfanos.* Orphanotrophium. *Hoſpitaleros perpetuos.* Parabolani, orum.

*Hoſte, ox.* Fugè, heù.

*Hoſtia.* Hoſtia, victima, æ. *Hoſtiario.* Hoſtiarium capſula.

*Natas, ò natillas.* Flos lactis, pingue, ſpuma. *La nata de vna coſa.* Summa rei, primum, præcipuum, caput, flos.

*Naturaleza.* Natura, æ. communis hominum pares. *La natur* [illegible]

*piedra de vna coſa.* Vis ingenita, cauſa intimia in rebus vniverſis, conpitio, ſtatus. *Natural coſa.* Naturalis, è phiſicus, innatus, i. ſitus, naturæ coniunctus, ſecundum naturam, quod à natura eſt perfectum, ortum, natura comparatum.

*Natural bueno, ò malo.* Præclara, i. improba, optima, aut peſsima pueri indoles, ingenium, natura, mores, ſpes, ſpecimen, dignitas. Tratabilis, docilis, facilis indoles, cuiuſcumq; boni, l. mali ſequax. *Conoce tu natural.* Vires naturæ, & ingenij tui ad propoſitum tibi ſtatum expende, & libra. Ad tuam naturam explorandam rationem in conſilium adhibe. Excute diligenter, & explora quo te tui mores ferant, inclinent, ducant. *Corregir ſu mal natural.* Vitia naturæ æſtrenis domare, compaſcere, comprimere. Luxuriantes naturæ ramos, qui erumpunt virtutis falce, & doctrinæ amputare. Excolere, corrigere honeſta educatione, eruditione, & exercitatione virtutis, vitioſam naturam. *Es muy dificultoſo ir contra el natural de vno.* Naturam expellas furca, tamen vſque recurret. Haud facilè dediſcimus, quæ nobis natura penitus indidit, & inſevit, rurſuſque ad ingenium redimus. *Lindamente acomoda ſu natural al de otros.* Verſat ſuam naturam, & regit ad tempus, atque huc, illucque torquet. *Natural, ò patria.* Patria, patrium ſolum. Vide, *Tierra. Natural de vna tierra.* Natus, ortus in aliquo loco. Indigena, æ. *Naturalmente.* Naturaliter, è natura, naturæ habitu, ipsâ naturâ duce, ac magiſtra impellente hortante inducente. Naturali quodam ſtudio animique propenſione. *Contra la naturaleza.* Adverſante, repugnante natura, invita Minerva, aliquid facere. *Hijo natural.* Vide, *Hijo Natural. Naturalizarſe en algun Reyno.* Donari Civitate aliquem. Regni immunitatibus, adſcribi civem indigenam provinciæ.

*Nava, campo llano.* Campi planities, æquor, campus.

*Navaja.* Novacula, æ.

*Nave, ò navio.* Navis, is. Navigium, ratis, is, *De coſarios.* Myòparo, onis. Navis pyratica. Prædatoria. *De dos bancos.* Biremis, is. *De tres.* Triremis, is. *De quatro.* Quadremis. *Nave de carga.* Navis, gravis, oneraria, corbita. *De recreacion, y bien adornada.* Navithalmus, pompatica navis. *De peſcardor.* Lembus. *Capitana.* Prætoria navis. *Almiranta.* Præfecta navis. *Eſta nave es de docientas toneladas.* Ducentarum plus, minuſve cuparum capax eſt navis. Coſa de nave. Navalis, è nauticus, a, m. *Artifice, que haze naves.* Naupegus, i.

*Navegar.* Navigo, enavigo, as, naviculor. Velificari, oram ſolvere navim Se mari committere, navigationi ſe dare. *Buen tiempo es de navegar.* Tranquillum mare nacti ſumus, placidum, opportunum, tempeſtivum tendendis, pandendiſque velis. *Navegar a remo.* Rèmigo, as, remis navim impellere. *A vela y remo* Remis, veliſque impellere claſſem. *Viento en popa.* A puppi ferente vento navim volare. *A orza.* Obliquis velis enavigare. *Bogar,*

*ciar.*

*ciar.* Adhibere remos; ciere remis magna vi impulſis, ratem. *Navezilla.* Navicula, æ. *Navegacion.* Navigatio, onis. *Tuvimos proſpera navegacion.* Felice navigatione vſi ſumus ſecundi ſemper vẽti aſpirarunt, quibus, & vire morum favente, celeriter in portum pervenimus. Fæliciſſimum navigationis curſum tenuimus. Cœlo ſereno, tranquillo mari, proſpero ventorum flatu, in portum ſatis fæliciter delati ſumus. *Trabajoſa navegacion, mal temporal tuvimos.* Adverſis, ventis reflante fortuna, & Æolo, incommodè navigamus. Adverſum æſtum vix velis contractis, & inhibitis remis, ſuperare valuimus. Fluctibus ſæpè iactati per difficilem ſuſtinuimus, paſſi fuimus navigationem. *Governar la nave.* Naviculariam facere. Moderamen, & clavum navis tenere. *Navegante.* Navita. Navalis homo. *Naufragio. y padecerle.* Naufragari, naufragium pati, facere. Navim demergi, premi, opprimi, obrui fluctibus.

*Naveta.* Acerra, archulathuris.

*Navidad.* Natalis Chriſte Maxime dies natalitia. *Su noche.* Nox illa ſole ſplendidior, qua ſol divinus, è Virgine in hanc lucem èditus, tenebras fugavit peccati, ignorantiæ diſsipàvit caligine, noctemque ſub humanæ naturæ involucris ingrediens noſtram, vniverſum mundum divinatis luce perfuſit ſuæ Noctis meridies ipſo diei meditullio clarior, celebrior, otta divini ſolis illuſtrior *Muchas Navidades han paſſado por èl.* Multorum feſtorum Iovis giandes commedit, multa ova. Paſchalia. Multas vidit Olympiadas.

## N ante E. Ne.

*Nevada yerva.* Calamintha.

*Nebli.* Accipiter nobilior, ſublimior.

*Neblina.* Nebula denſior.

*Neceſsidad.* Neceſsitas, tis. Vide, *Meneſter. Por pobreza.* Vide, *Pobreza. Neceſsidad, ò fuerza.* Vis, neceſsitas, tis. *Neceſsidad carece de ley.* Adverſus neceſsitatem, nedij quidem reſiſtunt. Nihil neceſsitate dira fortius. Ad ea, quæ mei generis, ingenij, & voluntatis non ſunt, detrudit neceſsitas. *La neceſsidad haze à la vieja trotar.* Neceſsitas magiſtra ignaviam acuit. *No tengo neceſsidad de lo que me ſobra.* Mare omnium non indiget. *Tiene cara de Herege.* Moleſta, & rida fronte horret, neceſsitas. *Neceſsitar à alguno, ò forçarle.* Adducere in neceſsitatem aliquem in anguſtias ſummas deducere. Neceſsitatem alicui, & vim aliquid faciendi afferre, adhibere imponere. *Neceſsitar de algo.* Indigere, opus hoc mihi eſt. Deſidero, requiro tuam opem. *Neceſſaria coſa.* Neceſſarius, a, m. *Que esfuerza ſuceda.* Fatalis. *Lo que no es neceſſario, de valde es caro.* Quod non opus eſt, eſſe carum eſt. *Neceſſaria.* Latrina, æ. Foricæ, arum ſellæ patrocianæ. *El que las limpia.* Coprophorus, i. *Neceſſariamente.* Neceſſario, ex neceſsitate.

*Necio.* Stultus, fatuus, inſipiens, qui obſurduit, aut obbrutuit ad rationis ſenſum: qui deſipit, & impru-

pru-

prudentia laborat. *El necio, con el necio ſe entiende.* Balbus balbum rectius intelligit. *Necedad.* Stultitia, æ ineptiæ, arum, inſipiētia. *Necear.* Deſipere, ineptire. *Neciamente.* Stultè, dementer, inſcitè.

*Nectar.* Nectar, aris.

*Negar.* Nego, abnego, denego, inficior, inficias eo. *Negar con ſeñas.* Abnuo, renuo, is, abnuto, as. *Negar con juramento.* Eiuro, as, iuramento aliquid reijcio, deteſtor. Eiuro copiam cœnæ, *Iuro que no tengo que darle de acenar. Negar à alguno.* Alicui deeſſe, deficere, deſciſcere à fide debita amico. *Negar la fee.* Abiurare fidem, diffiteri. *Negar a tres juntillas.* Perſtare tenacem in negando, origanum tueri. Mænia ferrea, pertinax caput. *Negacion.* Negatio, onis, inficiatio, negantia. *Negativo.* Negans mordicus, & pertinaciter. *Negativa propoſicion.* Negans, ref. tans, propoſicio, contraria aienti, affirmanti. *Es negarme que es aora de dia.* Hoc eſt aſſerere, nil eſſe intra oleam, nil extra eſſe in nuce duri.

*Negligencia* Negligentia, indiligentia, incuria. *Negligente.* Socors, dis, indormiens, negligens, tis. *Negligentemente.* Oſcitanter, indiligenter, negligenter, molli, & levi brachio aliquid agere.

*Negocio.* Negotium, ij. *Tu hermano trata mis negocios.* Eſt tuus frater rerũ mearum procurator & cognitor. Mea agit, gerit, tractat negotia, rationis meas adminiſtrat: meis eſt negotijs præpoſitus, quibus non ſolum adeſt, ſed etiam intereſt. *No quiſiera impedir vueſtros negocios.* Nollem negotiorum tuorum curſum retardare, te à tuis avocare negotijs, & occupationibus. Vide, *Impedir. No es buena traza eſſa de hazer mi negocio.* Perverſam rei gerendæ rationem inijſti. Perperam rem agis, atque aliter, quam res ipſa poſtulat, & ego tibi præſcripſi. *En vueſtro negocio eſtamos.* Tua nunc res agitur. Nunc tuum ferrum in igne eſt. *Tu negocio hazlele tu.* Hoc tibi ſit argumentum in promptu ſi tum: ne quid expectes amicos facere, quod per te queas: Mihi ipſi balneum miniſtrabo. Tuum tu age negotium. *Atiende a tu negocio, y dexa el del otro.* Vtere curru, de aſinis nihil labores. *Que negocio tienes conmigo?* Quid tibi rei, i, negotij mecum eſt? *Malo và eſte negocio* Occiſa hæc res eſt, hæret hoc negotiũ. *No ay negocio en la Audiencia.* A iudicijs forum refrixit. *Negocios de pleytos.* Vide, *Pleytos. Negociar.* Negotior, aris, gerere agere negotia. *Negociar con dineros.* Cum fuco, & fallacia penſat, corrumpit muneribus iudicia. *Hombres de negocios.* Comitiales, curſoris fori. *Hombre de vn negocio.* Qui pulchre vnam ſuam rem meminit. *Negociador.* Negociator, negotiorum procurator. *Negociacion.* Negotiatio, onis.

*Negro color.* Niger, ater, a, m. *De azabache.* Coracinus, a, m. *De Guinea.* Æthiops, pis. *Negro algo.* Subniger. *Yo le pondrè mas negro que vna pez, ò vn carbon.* Iam illum ego pugnis totum faciã, vt ſit merula Tam ex coctum reddam, atque atrum,

quam carbo eſt. *Negras veſtiduras.* Pulla veſti, atrata. *Negrear.* Nigreo, es, nigreſco, cis. *Negrear.* Nigror, oris, nigricans color, nigritudo, nis, nigritia.

*Nema de carta.* Nema, atis.

*Neguilla.* Melanthium, nigella, Gith.

*Nervio.* Nervus, i. *Nervoſo.* Nervoſus fortis, robuſtus.

*Neſga.* Lacinia, æ.

*Nevada, y nevar.* Vide, *Nieve.*

*Neutral.* Indifferens, neutrius partis, medius.

N ante I. Ni.

*NI por no.* Nec neque. *Ni à vna parte, ni à otra voy.* Neutro. *Eſtoy.* Neutrobique. *Ni por eſſas, ni por eſotras.* Ne omnino quidem. Non vtique, non vſque quaque. *Ni aun eſſo.* Ne hoc quidem, nec tantulum. *Niatras, ni adelante.* Lupum auribus teneo. Vide, *Atras. Ni mas, ni menos.* Ita omnino fuit, nec nimium, nec parum.

*Nicho.* Loculus, i.

*Nido.* Nidus, i, incunabula avium. *Hazerlos.* Conſtruere, fingere nidos, nidificare, facere.

*Niebla.* Nebula. *De los panes.* Rubigo.

*Nierbo.* Vide, *Nerbio.*

*Nieto.* Nepos, otis. *Nieta.* Neptis, is.

*Nieve.* Nix, nivis. *Nevar.* Ningo, gis. Nivem de cœlo decidere compluere. *Nevada.* Vis, copia nivis e cœlo delapſa, terram tegens. *Coſa de nieve.* Niveus, a, m. *Nevada coſa* Ninguidus, nivoſus.

*Nigromancia.* Necromantia, æ.

*Ninfa.* Nimpha, æ.

*Ninguno.* Nullus, a, m. Nemo, inis, nec alius, ne vnus, quidem. *Ninguna coſa.* Nihil, nil, nihilum.

*Niña.* Puella, æ. Virguncula. *De teta.* Infantula, pupa, æ. *De el ojo.* Pupilla.

*Niño muy pequeño.* Infans, puellus, pupus. *Que mama.* Lactens, tis. *Algo mayor.* Puer, eri. *Que nace a la mañana.* Lucius. *A la tarde, ò noche.* Cordus, i. *Niño expueſto.* Expoſitus proiectitius. *Supueſto por engaño.* Subdititius. ſuppoſititius. Vide, *Hijo. Niño de eſcuela.* Abecedarius elementarijs puer, tyrũculus rei litterariæ. *Es muy gracioſo eſte niño.* Eſt valde feſtivus hic puer, non falſus, ſed meri ipſi ſales, & lepores. Præ feſtivitate, & lepore eſt in oculis matris, fert illum in oculis. Nihil lepidius, aut feſtivus hoc puſione reperies, totus mellitus, ex melle, & ſaccharo confectus. *Como a niño me enſeñad.* Rudem me diſcipulum, & integrum accipe. *Deſde niño me acoſtumbre a eſto.* Cum lacte nutricis hoc auſi. Ad ineunte ætate, à teneris annis. Vide, *nacer. Amor de niños, agua en ceſto.* Caudà tenes anguillã. Summi puerorum amores, ſæpe cum ætate deponuntur. *Entenderà eſſo vn niño.* Hoc puero erit perſpicuum. *Niño muy agudo, guarda no dè en rudo.* Odi pupillos præcoci ſapientia. *No ſeays niño.* Sparge, relinque, abijce nuces. Omitte pueriles nugas: ad graviora magiſque ſeria convertere. *Niñez.* Pueritia, æ. puetiles ætas, primus actus vitæ. *Niñerias.* Nugæ pueriles gerræ, ludi puerorum. *Coſa de niño.* Puerilis, infantilis, e. *Niñear.* More puerorum colludere, nugari. *Hazerſe niño.* Repueraſcere.

*Niſ-*

*Niſpero*, ò *Nieſpero arbol*. Mèſpillus. *Fruta*. Meſpillum, i.

*Nivel*. Perpendiculum, libilla, æ. *Eſtar à nivel, ò nivelar*. Ad libellam, & perpendiculum exactè parietem ducere, tollere, erigere.

*Ni vno ni otro*. Neuter, a, m. *Ni vn pelo me han dexado*. Compilatæ & exhauſtæ ſunt omnes meæ fortunæ, ne pilus mihi quidem relitus eſt, nec vbi pedem ponam.

## N ante O. No.

*No*. Non Nequaquam. Haud, neutiquam, nihil minus, minimè, haud quaquam *No hagas eſſo*. Ne id efficias, &c. *No acoſtumbrado*. Et hujuſmodi multa. Vide, *Deſacoſtumbrado*. Dei, &c. *No ay mal que por bien no venga*. Proſperè navigavi, poſtquam naufragium feci: laqueus auxiliari videtur. *No por vn mal año dexes deſembrar ogaño*. Et poſt malam ſègetem ſerẽdum eſt. *No ha de ſer todo de vn golpe*. Non ſtatim finis apparet *No ſe haze la fieſta de hõgos*. Arator, niſi incurvus prævaricatur. *No ay dia tan malo, que no valga algo*. Nullus dies omnino malus eſt. *No manda bien, quien obedece mal*. Non benè imperat, niſi qui parubit imperio. *No ha meneſter abuela*. Geminam patriam habet Duabus anchoris fultus nititur. *No es todo oro lo que reluce*. In polypi capite ineſt quiddam mali, & ineſt quidam boni. Non aurum eſt ſemper, ſemper quod lucet, vt aurum. *Yà dize no. ya dize ſi*. Nolo, volo, nolo, rurſum cedo, cape. Quod dictum indictum eſt, quod modo ratum, irritum eſt. *A no hazer eſto*. Niſi, hoc non faceret, vel ſi, &c.

*Noble*. Nobilis, honeſto, & iluſtrigenere natus. Vide, *Linage*. *Nobleza*. Nobilitas, claritas, Splendor, lux, dignitas, antiquitas familiæ, gentis, ſtirpis, amplitudo nominis, vetuſtas familiæ. *De condicion*. Ingenuitas, animus ingenuus.

*Noche*. Nox, octis. *Clara*. Subluſtris, ſideribus iluſtris, radiante lucida luna. *Eſcura*. Illunis, e. *De boca de lobo*. Cimmeriæ tenebræ. Cimmerijs tenebris atrior. *Entrada yà la noche*. Prima nocte. Cum pallium obductum eſt nigræ matris. *Yà àzia las doze*. Conticinium, ij. *Antes de el dia*. Gallicinium, quarta noctis vigilia. *Media noche*. Vide, *Media*. *Buenas noches te de Dios*. Felix, & fauſtum ſit lumen. Felices tibi deprecor noctes. Opto tibi hanc noctem proſperam, placidam. *Hazer noche vna coſa*. De medio rem tollere, clandeſtinoque raptum forto inviſam facere, ſub pallio condere. *La noche es capa de pecadores*. Nigra mater tenebroſo ſuo palſio multa mala tegit. *De noche no ſe haze coſa bien hecha*. Nox gubernatorem prudentem terret. Navigatio in nocte, facula nuſquam. *De noche todos los gatos ſon pardos*. Sublata lucernà nihil inter eſt inter mulieres. Nocte lucidus, interdium inutilis. *Noche Toledana*. Nox inſomnis, pervigil traducta. *Hazer noche en algun lugar*. Pernoctare, noctem alicui traducere.

*Mala noche, y parir hija.* Poſt Marathonem pugna. *Quedarſe a buenas noches.* In tenebris ſaltare. Operta bonæ deæ. De ſua ſpe deijci, eſtdi, fruſtrari. *Que larga noche.* Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo. Credo equidem dormire ſolem, atque epotum probè. *Coſa de noche.* Nocturnus, a, m. *De noche.* Noctu.

*Nogada.* Moretum ex nucibus.

*Nogal, arbol.* Nux, cis, iuglans, dis.

*Nombre.* Nomen, nis. *Tiene buen nombre.* Nomen obtinet optimi, & honeſtiſsimi viri, præclaram de illo exiſtimationem omnes concipiunt, habent. Audit benè apud omnes. *Mal nombre tiene.* Bonum nomen & famam amiſit, nobili ignominia inſignitur, notatur. Vide, *Fama. Mi nombre tiene el libro.* Litteratus meus liber eſt, ab ſe cantat, cuius ſit. *Como te llamas. No ay poſada para tantos nombres.* Nomen tuũ memora mihi. Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine, concubium ſic noctis priùs, quam ad poſtremum pervenias. Opus facto eſt viatico ad meum nomen. *Nombre en la guerra.* Teſſor ſignum. *Darle.* Teſſeram præbere dare, vt teſſera ſignum circum geſtatur à milite. *Lo que es de vn meſmo nombre.* Gomonymum, cognomen. *Sin nombre.* Anonymus. *Nõbrar.* Nomine ſuo quemque vocare, appellare aliquem nominare, enunciare alicuius nomen. *Nombramiento.* Nominatio Nomenclátura, æ. *Nomina de reliquias.* Bulla ſacras ſanctorum continens reliquias. *Nominativo.* Rectus, caſus nominandi.

*Nonas del mes.* Novæ, arum: in menſe Martio, Maio, Iulio, & Octobri, ſeptima dies, in reliquis menſibus, quinta. *Nona hora.* Tertia ante veſperum, nona.

*Nones.* Impar numerus.

*Nono.* Nonus, a, m.

*No poder.* Nequeo, is.

*No querer.* Nolo, novis.

*Noria.* Antlia, æ. Tympanum, i.

*Norte.* Eolus, ſeptentrio, onis. Borealis pars, cœli cardo. Vrſa maior, minorque. *Norte de la voluntad divina ſeguir.* Vide. *Obedecer.*

*No ſaber.* Ignoro, neſcio, neſcius, ignarus huius rei ſum, hoc me latet, fugit, prætérit.

*Noſotros.* Nos, noſtrum.

*Nota.* Nota, æ, notatio, onis. *Nota, ò afrenta.* Turpitudinis nota, dedecus, macula, libes. *Nota de carta.* Stilus dictio. *Notar las cartas.* Dictare, ſcribere, ornatẽ ſcitè, & eleganter epiſtolam, &c. *Notas a la margen.* Marginariæ notationes. Ad marginem obſervatio animadverſio. *Nota, ò ſeñal.* Nota, æ, ſignum veſtigium, inſigne, is. *Notarle a vno.* Notare. Notam alicui inurere. Alicuius mores, & vitam ſcrupuloſè, & non æquo animo obſervare. *Notario.* Notarius. Eccleſiaſticus tabellarius, ſcriba.

*Notable.* Notabilis, inſignis, conſpicuus *Notablemente.* Inſigniter egregiè.

*Noticia de algo.* Cognitio, fama, notitia. *Tener noticia de algo.* De aliqua re doceri, aliquid ad aures pervenire deferri alicuius: hoc fama perlatum eſt ad me.

*Notificar.* Notum facere aliquid ali-

cui

rei: ſecundum ius, & leges aliquem conſcium reddere alicuius rei.

*Notomia.* Anàtome, es. Anatomia.

*Notoria coſa.* Nutus, a, m. Vulgaris, pervulgata res. Vide, *Claro.*

*Novecientos.* Nongenti, æ. a. *En orden.* Nongentiſsimus. *Novecientas vezes.* Nongenties. *Noventa.* Nonaginta. *En orden.* Nonageſsimus. *Noventa vezes* Nonagies. *Noveno.* Nonus *De Igleſia.* Quota pars nona decimarum *De difuntos.* Novendiu, novendiale ſacrum. In feriæ, per novem dies ſolemni ritu ſolutæ, latæ. *Novilunio.* Vide, *Luna nueva.* *Noveno de devocion.* Statio, pervigilium per novem continuos dies ad aram B. Virginis.

*Novedad.* Novitas, tis. Alba, avis. *Ay hombres amigos de novedades, ò noveleros.* Sunt, qui res novas ſemper quærunt amant. Rebus nobis ſtudeant faveant. Quos rerum novitas delectat. Novitij, ſtolidi Hermæ, nebulones, impoſtores, novitiæ doctrinæ homines, qui rumuſculos aucupantur, vt fumos vendant. *Novela.* Fabella ſcitè conficta. Apologus.

*Noviembre mes.* Nouember, bris.

*Novicio en la guerra.* Tyro, onis. *De religion.* Qui religionem inivit. Nouus, & recens religioni adſcriptus. Novitius. *Noviciado.* Tyrocinium religionis, rudimentum religioſæ vitæ.

*Novillo.* Iuuencus, i. *Novilla.* Iuuenca, æ. *Ir por novillos* Fugam arripere, & diuagari oberrando per diverſa loca.

*Novia.* Nova nupta. Nympha. *Novio.* Neògamus. *Muchos componedores deſcomponen la novia.* Multitudo Imperatorum Cariam perdidit.

## N ante V. Nu.

*Nube.* Nubes, is. Vapor humidus, è terra in ſublime clatus. *Nube en el ojo.* Albugo, inis. *Subir vno a las nubes.* Omnium admirationem, & benevolentia efferre, tollere aliquem plena manu ad aſtra. *Nubada.* Nubila, orum, nubifer imber, aut ventus. *Nublado.* Nimbus, præceps, & repentina pluvia. *Cielo nublado* Cœlum nubilum, nubibus obductum, ſædum obſcurum.

*Nudo.* Nodus, di, vinculum *Del dedo.* Articulus, còndylus. *De la caña.* Geniculum. *En el arbol.* Tuber, nodus. *Nudo ciego* Gordius nodus. *Coſa ñudoſa.* Nodoſus, a, m. *Sin ñudo.* Enòdis, e.

*Nueva coſa.* Nouus, a, m. recens, tis. *Soy nuevo en eſto.* Rudis ſum ad honorem; tyro in hac militia, & in arte novitius. Vix à primo limine hanc artem ſalutavi, ſummis deguſtavi labris. Peregrinus omnino sũ in hanc domo, *De nuevo.* Denuò. *Bolvioſe de nuevo a eſto.* Vide *Principio.* *Todo lo nuevo aplace.* Grata novitas, gratiſsima, quæ nuperrima. Favor novitatis ſuperiorum oblitterat gratiam. *Nuevas.* Nuncium, vel nuncius, rumor, fama. *Malas nuevas nos han venido.* Triſtia, acerba, infauſta de noſtro exercitu perlata ſunt, aures, & animos noſtros perculerunt. Adverſus attulit fama rumores, quos ingratis

au-

auribus excepimus. *Buena nueva.* O aureorum nuncius verborum. Aut ſanè bellum annuncias. Rem lætiſsimam dicis, affers. Sirem amicum nunciat, apis hoſpitem. Helenæ crater. *Angel eres que tal nueva me traes.* Mercurius Iovis, qui nuncius perhibetur, ſuo nunquam æque Patri nuncium lepidum attulit, quam tu nunc mihi annuncias. Profectò amænitates omnium Venerum, & venuſtatum affers. *A nuevo zedazo nueva eſtaca.* Novum cribũ novo paxillo dependeat. *No ay coſa de nuevo.* Nihil novi eſt, accidit, contigit, acceſsit, evenit. *Hazerſe de nuevas.* Affectare inſcitiam, quaſi novum, & inauditum aliquid iam ſcitum admirari.

*Nuera.* Nurus, us.

*Nueſtro, mio.* Noſter, meus. *De ambos.* Vtrique commune. *De todos.* Commune omnibus.

*Nueve.* Novem. *Vezes.* Novies. *Nueve mil.* Novem millia. *Vezes.* Novies millies. *Nueve en orden.* Nonus. *De nueve en nueve.* Noveni, æ, a.

*Nuez.* Nux, cis. *Moſcada.* Nux myriſtica, odorata. *De la garganta.* Epiglotis, idis, ſublinguium, ij. *De balleſta.* Vncus, fibula. *Corteza de la nuez verde.* Culleola, æ. *Las caſcaras ſecas.* Compactile operimmentum, bifidæ puta minis carinæ. *La telilla.* Membranula nucis, intergerina, diſepimentum. *El meollo.* Nucleus, ei. *Nuez garrafal.* Iuglas baſilica, regia nux. *Mas es el ruydo que las nueces.* Bullatæ nugæ. Quam vetſus ino pes rerum, nugæque canoræ! Ampullacea geſtas. *Nuez mollar.* Nux Perſica. Tarentina, molluſca.

*Nueza.* Vitis alba Bryonia.

*Numero.* Numerus, i. *De quenta.* Arithmeticæ notæ, caractères, numeri. *Numerar.* Numero, as. *Es del numero de los ſabios.* In ſapientiſsimis eſt numeratus viris: numero in numero, & ex numero ſapientium, putatur, habetur, eſt. In numerum venit, refertur, numerum obtinet & locum doctiſsimorum hominum. Vide, *Contar.*

*Nunca.* Nunquam Poſt hominum memoriam, poſt homines natos. Vide, *Deſpues.* *Eſſo es nunca acabar.* Thuſcum jurgium id eſt, & per eandem lineam aſsiduè reciprocare ſerram. *Nunca buelbas acà.* Omnes tibi vnã hanc viam, & perpetuã eſſe volunt.

*Nuncio.* Nuncius, ij. Legatus Pontificus. *De la Inquiſicion.* Apparitor, oris. *Caſa del Nuncio, ò de orates.* Gyrgathus, i.

*Nutria.* Lutra, æ. Enhydus, i.

## *De littera O.*

### O ante B. Ob.

O *interjecion.* O virum, vel vir. *O DIOS.* Proh DEVM. *O que laſtima.* O quam miſerandum, dolendum, & ſanguineis lachrymis deplorandum! *O que lindo.* Ironicè. Pulchrum ſcilicet. *O que bella criatura.* O formiſiſsimum, & pulcherrimum puellum. *O cuytado de mi.* O me perditum, & afflictum. *O mal hombre.* O perditum civem. O immoderata mulier. Et ſic de reliquis *O conjuncion.* Vel, ſivè,

ſivè, ſeù, aut, vè. *O todo, ò nada.* Vel Cæſar, aut nihil, aut ter ſex, aut tres teſſeræ, aut aſinus, aut Rex.

*Obedecer.* Obedio, is. Pareo, es, obtempero, as. Morigerum in omnibus alicui eſſe. Nutum patris obſervare, & exequi. *Todos debemos obedecer à Dios.* Voluntati, & imperio magni Dei manum demus. Supremo Rectori te attempera, cui infelix, qui recalcitrat, aut obſiſtit. Hæc vna, vel ſummæ ſapientia Deo obſequi, & ducentem, aut vocantem ſequi. Aſpirat ille ab alto ventus, velà pando, & navigo, ponit, aut ſem vertit, contraho eadem. Vt heliotropium, & flores quidam ingenio ſuo ſemper ad ſolé, ſic mens, & voluntas noſtra ad Deum obverſa eſſe debet, velut originem ſui Supremo Numini morem gerere oportet, vitroneas cervices imperantis ſubijcere jugo. *Obediente.* Obediens, obſequens, ſubjectus. Dicto audiens eſſe alicui. *Obediencia.* Obedientia, obtemperatio, obſequium, ij *Dar la obediencia.* Submiſſum animum ſubdere moderatori, & obedientem, dictoque audientem præſtare. *Obedecer à qualquiera ſeñal.* Ad digituli crepitum ad nutum, & tenutum obſequi, & promptè morigerari, ſigna imperantis noſcere, & ſequi. *La obediencia es madre de la buena dicha.* Felicitatis mater obediẽtia, conjuxque vt ajunt, ſoſpitatoris Iovis.

*Obeliſco.* Obeliſcus, i.

*Obiſpo.* Epiſcopus, Præſul, Antiſtes infulatus. Protomyſta, æ. Pontifex. *Electo.* Deſignatus. *Obiſpado.* Epiſcopatus, us. *Obiſpillo de puerco.* Aqualiculus, faliſcus venter, porcinus.

*Objecion.* Objectio contraria, adverſaria res objecta.

*Objeto.* Res objecta ſenſibus.

*Oblada.* Libum, i.

*Oblea.* Bractea panis.

*Oblacion.* Oblata res, hoſtia.

*Obligacion.* Officium, ij *De eſcritura.* Nomen, ſyngrapha. *De parecer en juizio.* Vadimonium. *Obligar à eſto.* Vador, atis. *Hazer obligacion.* Singrapham facere. *Obligacion grande os tengo.* De te benemeritus arctiſſimis beneficiorum vinculis adſtrictum, devinctum, obligatum me profiteor, nec parem gratiam rependere, referre, per ſolvere, par ero. Trahis, & nectis me tibi adamantino beneficiorũ vinculo, quod nulla obſequia laxare, aut ſolvere poterunt Vide, *Beneficio.* *Obligacion os corre de hazer eſto.* Hæ tuæ ſunt partes, quas poſthac ſuſtinere debes. Legem tibi indixiſti hujus rei præſtandæ. Is eſt honos homini pudico meminiſſe officium ſuũ, circunſtant te ſummæ auctoritates, quæ te obliviſc laudis domeſticæ non ſinant. Tui muneris, officij, & dignitatis hæc ſunt. Ad te ſpectat, incumbe in hanc curam, quæ te propius tangit. Apta te huic ſcenæ, & hilari vultu perſonam ſuſtine, quam impoſuit magnus ille Ædilis. Tua eſt hæc Sparta, illam gere, illam orna. *Cumplir con ſu obligacion.* Muneri ſuo & officio cumulatiſsimè ſatisfacere, reſpondere. Gerere, præſtare, co-

lere, conficerè, explere, obire ſtrenuè, diligenter, ſumma cum laude munus ſuum. Vide, *Ocio, y dever.* *Obligar a otro.* Devincio, demero, meritis obligare, obſtrictum aliquem tenere *Obligarſe, ò eſtar obligado.* Teneri, ligari, obſtringi aliqua lege, præcepto, &c. *Obligame la neceſsidad.* Cogit impellit neceſsitas vt. *Obligados à vn oficio.* Conſponſores. *De la carniceria.* Sponſor macelli, proviſor.

*Obra.* Opus, eris. *Prima, de Lope.* Dædali opus. Roſcij actio, accuratum elaboratum ingenio, omnibus numeris abſolutum. *Pequeña.* Opuſculum. *Obras ò hechos.* Acta, geſta, facta, facinora egregia. *Obra buena.* Benefactum, meritum, promeritum ingens, egregium opus. *Obra mala.* Malefactum, facinus. *Obra bien acabada.* Affabrè factum opus. *Obra, ò edificio.* Fabrica, ædifitium. *Meter obra.* Obſtrepere, & negotium faceſſere, exhibere. *Obrar.* Efficere, & navare opus, patrare, rem bene, aut malè gerere. *Obrero.* Operæ, arum Operarius. *Obrador.* Officina, æ.

*Obſervar.* Obſervo, as. *Por atender.* Vide. *Atender.* *Por guardar.* Vide, *Guardar.*

*Obſervancia.* Diſciplina relegioſa, exactiſsima norma. *Hazer que algo ſe obſerve.* Accerrimè exigere diſciplinam.

*Obſcuro, ò obſcurecer.* Vide, *Eſcurecer.*

*Obſequias.* Vide, *Exequias.*

*Obſtar.* Obſto, as, Vide, *Eſtorvar.*

*Obſtinado.* Obſtinatus, pertinax, acis, ſui tenax conſilij, celebroſus, ſuæ ſententiæ & iudicio addictus pertinacia quadam, ac pervicacia, obfirmato animo. *Obſtinacion.* Obſtinatio, onis. Pervicacia, pertinacia, contumacia. *Obſtinadamente.* Pertinaciter.

## O ante C. Oc.

*OCASION.* Ocaſio, locus, tempus anſa, campus, facultas, tis. *Ofreciome ocaſion.* Data occaſion, oblata mihi fuit, ſeſe obtulit occaſio. Mihi ocurrit, proceſsit obula. Nactus, adeptus fuit, habui, tenui occaſionem. Facultas, & tempus mihi forte, & fortuna obtigit tui viſendi. In tempus incidi oportunum tui conveniendi. Id mea occaſio fuit, vt. *Segun la ocaſion obrarè.* E renatà, ex occaſione captabo conſilium. Quaſi navi eveniet in mari, vtcumque eſt ventus, ex in vela vertam. Vt res vocaverit, operam dabo. *No perdays la ocaſion.* Premenda eſt occaſio. Capta, tene, ne ſinas illam labi. Tempus, locum obſerva, & cum venerit, arripe. Apprende crines capillatæ frontis, qua poſsit teneri parte, nam calvum eſt occipitium. Fugit, abit occaſio, & parva quadam declinatione amittitur, & illudit hiantem. Nos tibi palumbem ad arca vſque adduximus: nunc tu melius illum cape, ſi captum eſſe vis. Si huic occaſioni tempus ſeſe ſubter duxerit, nunquam ædepol quadrigis albis indipiſces poſtea. *Ocaſion me dais de ſoſpechar.* Feneſtram ad ſuſpicandum mihi aperis, præſtruis viam, fundamenta iacis.

Anſam, occaſionem mihi ſuſpicionis præbes: hac ianua in hac ingreſſus ſum inſpicionem. Tu mihi cauſa ſuſpectæ rei. *Quitarle à vno de la ocaſion.* Manubrium alicui è manu eripere. Obſepire viam omnem, qua periculum ipſi imminere videbatur, & materiam ſubtrahere. *La ocaſion haze al ladron. Y en la arca abierta el juſto peca.* Nocte ſocia, hortante libidine, cogente mercede delinquere facile eſt. Præſente arbore ligna omnes colligunt. *Quien quita la ocaſion, quita el pecado.* Tollenda mali occaſio, quippè viros ferũ illicit. *La ocaſion deſcubre quien es cada vno.* Indiſcrimine apparet, quis vir ſit. *En ocaſion vino.* Tunc temporis, eam tempeſtate venit. *Hombre ocaſionado.* Qui occaſionem captat, & aucupatur rixarum. Qui cauſas quærit, & præbet digladiandi. *Ocaſionome.* Cauſa fuit, cõmovit, impulit me, auctor extit, vt, &c.

*Oceano.* Occeanus, mare. Atlanticum.

*Ocidente.* Occaſus ſolis, òcciden, tis.

*Ochavo.* Duo teruntij. *Ochava.* Octava pars vinæ, & quarta cubiti.

*Ocho.* Octo. *Onças.* Bes, eſis. *Ochenta.* Octoginta. *Ochenta mil.* Octoginta millia. *Ochenta mil vezes.* Octogies millies. *Ochenta vezes.* Octogies. *Ocho vezes.* Octies. *Ochenta en orden.* Octogeſimus. *Ochocientos.* Octigenti. *Ochocientas vezes.* Octingenties. *Que mas ſe me dan ocho que ochenta ſi los ochos ſon diezes.* Idem. Acij, quod Titij.

*Ocio.* Ocium ij tempus vaccum, laxamentum libera quies, vacatio, remiſsio, intermiſsio laboris, tranquilitas vitæ. *Eſtar ocioſo de vicio.* Iacere, ſtertere, nihil agere, ad nullum vitæ genus collineare. Otio diffluere, vacare, languere, hebeſcere, & omni cura vacuum, liberum ſolumque eſſe. *Hombre ocioſo que pierde tiempo.* Quem ſubit quædam inertiæ dulcedo, & vt lignum occulta tarède conſumit, & èxedit. Qui manibus compreſsis ſedet, & in cænice ſedem figit. Malè feriati homines, ſubroſtrarij gens otioſa, iners, ignava, languida profanum genus, deſidiæ natum. *Ocioſo ſin ocupacion* Vide, *Deſocupado. Ocioſidad.* Otium, deſidia. *Ocioſamente.* Per otium, otioſè, vacuo animo.

*Ocre.* Xerampelinus, color.

*Octava coſa* Octavus. *Octavario, ò octava de fieſta.* Octoduum, i. Octodierum, vel per octo dies celebritas. *Octava verſo.* Tetrametrum conſonans carmen.

*Ocultar.* Occulto, as, tego, is. *Ocultamente.* Occultè, clanculum.

*Ocupar.* Occupo, as. Diſtineo. *Eſtoy muy ocupado.* Mei juris non ſum inter occupatiunculas, quæ velut lictores circunſiſtunt, & abducunt. Nimis variè negotijs diſtrahor, nec liberum ſpiritum ducere permittunt. Totum ſibi vendicant tempus, & mihi eripiunt non ſolemnes ſolum occupationes, ſed novæ, quæ vt fluctus in plenilunio augeſcunt. Teſtor, vix otium, aut tempus vacuum mihi ad aures ſcalpendas ſupereſſe. *Hombre ocupado.* Occupationibus diſtentus, diſtrictus, implicatus, impeditus. *Que haze, ò ſe ocupa en algo.* Ope

roſus homo, qui nunquam opere ſolvitur, ſed aliquid ſemper agit.

*Ocurrir.* Ocurro, is. Obviam alicui procedere. *Eſta me ocurre* Hoc mi hi iumentum venit. Vide, *Acordarſe.*

## O ante D. Od.

*ODIO.* Odium, invidia, offenſio. *Tiene mucho odio.* Magnum mei odium illium tenet. Inſectatur me odio. Vatiniano, & novercali. Meum ſanguinem ſitit, illoque ſuum odium explere, aut, & extinguere ardet. Odium concepit, & continet in me capitale, quod nullis officijs, & obſequijs ſedare, & mitigare poſſum. Vide, *Aborrecer Hombre odioſo, ò odiado.* Odioſus, odio dignus, qui multorum flagrat invidia, & in multorum offenſionem, & odium de induſtria ruere videtur.

*Odre, ò odrina.* Vter, ris. Cucllus, ei.

## O ante F. Of.

*OFENDER.* Offendo, is. *A Dios.* Vide, *Pecar. Teneis ofendido a muchos.* In magna es multorum hominum offenſione, & odio. Multorum odia ſubijſti, contraxiſti. In odium, & offenſionem plurimorum incurriſti. Multorum oculos, animos, & voluntates offendiſti, qui in te offenderunt. Multi ſe à te offenſos, læſos, violatos fuiſſe quæruntur, dolent. Offenſa in magna es apud omnes, & invidia. *Ofenſa contra alguno.* Offenſa, ſimultas. *Que ſe recibe.* Offenſio, damnum, moleſtia, calamitas. Vide, *Injuria, ò agravio.*

*Ofender, hazer daño à alguno.* Lædere, violare aliquem. Vide, *Daño. Injuria.*

*Oficio de vno.* Ars, officium, munus, partes, munia, ium. *De Republica.* Magiſtratus, us, munus publicum. Dignitas muneris publici, & negotij procuratio. *Hizo muy bien ſu oficio.* Præclare, ſuma cum laude, integre, caſtèque in ſuo ſe munere geſsit, præſtit, præbuit, verſatus eſt. Tenuit, rexit, gubernavit, tractavit, adminiſtravit rem ſuam magnam omnium commendatione, & plauſu, ex eaque ſummam ſibi laudem peperit, comparavit, ſuam muneris procurationem perfecti abſolvit. Suas implevit partes, & debito perfunctus officio omnium exiſtimationem, & opinionem ſuperavit. *Faltò a ſu oficio. O no lo hizo bien.* Malè, & flagitiosè ſuum munus tuitus eſt. Ofcio ſuo defuit, non ſatisfacit. Ab officio declicavit, diſceſsit, defecit deſcivit Deſervit, prætermiſit munus ſuum. *Meterſe en oficio ageno.* Manum, vel falcem mittere in meſſem alienam. In alieno choro ſaltare, & pedem ponere. Alienæ functionis ſibi munus vſurpare, miſcere, admiſcere ſe, interponere, implicare alienis negotijs, & rebus, aliorum ſibi partes vindicare. *Hazer a vno que haga ſu oficio.* In officio aliquem retinere. *Encomendarle algun oficio.* Iniungere, imponere, committere, deferre munus alicui. Præponere, præficere aliquem negotio. Ornare dignitate, & munere aliquem. *Dexar, ò quitar el oficio.* Vide, *Dexar,*

*xar, ò quitar. A Dios oficio,* Illicet, paraſiticæ artes in malam crucem. *Nadie juzgue de oficio ageno.* Quam quiſque norit artem, hanc exerceat. Nec ſutor vltrà crepidas. *Quien tiene oficio, tiene beneficio.* Artem quævis alit terra. *Quien es tu enemigo, el que es de tu oficio.* Odit namque faber fabrum, figuloque moleſtus eſt figulus, mendico protinus invidet alter Mendicus: cantor cantorem lividus odit. *Eſſe es mi oficio.* Hæc mea Provincia eſt, & munus.

*Oficial.* Artifex, icis, opifex. *Mecanico.* Mechanicus. Machinarius. *Que trabaja ſentado.* Sellularius. *Oficiales de varios oficios. Carpintero.* Lignarius faber. *Que haze camas.* Clinopegus. *Carros.* Carpentarius *Cubero.* Dolarius. *Cuchillero.* Cultrarius. *Carbonero.* Carbonarius. *Que haze caxas.* Capſarius. *Entallador.* Sculptor. *Eſpadero.* Politor. *Herrero.* Faber ferrarius. *Fundidor de bronce.* Fuſor ærarmentarius. *Guitarrero.* Plectopæus. *Eſtatuario.* Statuarius. *Antojero.* Ocularius faber. *Ollero.* Figulus, plaſtes, æ. *Que haze armas.* Thoracopæus. *Platero.* Vaſcularius, aurifex, cis. *Mantero.* Culcitrarius. *Perulero.* Gemmarum margo. *Tornero.* Toreuta, æ. *Traſtejador.* Scandularius. *Reloxero.* Antomitarius. *Armero.* Armamentarius. *Soguero.* Reſtio, onis. *Aſerrador.* Serrarius, priſtes, æ. *Batidor de oro.* Bractearius. *Sombrerero.* Pileo, onis. *Bordador.* Phrygio, onis. Limbolarius. *Remendon.* Interpolator, mango. *Curtidor.* Coriarius. *Pellegero.* Alutarius. *Frenero.* Zonarius. *Zapatero.* Cerdo. *De viejo.* Veteramentarius ſutor. Reliqua Vide, in ſuis locis. *Oficio de ſolo titulo.* Dignitatis gradus, qui ſolvocabula habent, non dignitatis emolumenta, honores, inſignia. *Oficios Divinos.* Sacra, myſteria. *Oficiarlos.* Exercere, èxequì, operari ſacra, operam dare munari divino, & myſterijs. Vide, *Ayudar à Miſſa. Oficio Divino, ò Rezo.* Eccleſiaſticum penſum, horariæ præces ſingulis diebus recitandæ.

*Oficina.* Officina, æ. *Tu caſa lo es de toda maldad.* Domus tua officina nequitiæ eſt, & diverſorium flagitiorum omnium.

*Ofrecer.* Offero, rs. dico, as. Conſecro. *Ofrezcoos quanto tengo, puedo, y valgo.* Liberali animo, quidquid hoc tempore optimum, maximumque habeo in omni meo, vel proprio, vel comparato cenſu tibi offero, dedico. Studium tibi meum, atque operam ſine vlla exceptione polliceor, aut occupationis, aut laboris. Meam tibi omnem voluntatem defero, operamque profiteor. Si occaſio tulerit, vt mea opera indigeas, nulli tibi in re mea cura diligentia & ſtudium decrit. Quandocumque poſtulaveris, auxiliares meæ facultatis copias tibi mittam, ſubſidium laturus. *Ofrecerſe ocaſion.* Vide, *Ocaſion. Ofreciòſeme eſto.* Occurrit mihi innocuitem, venit hoc. *Ofrecerſe como adulando à algun Señor.* Se alicui vendicare, & per aſſentationem, operam ſuam ſpondere,

re. *Ofreciòme hazer merced.* Benegniſsimè mihi promiſit. *Ofrenda.* Oblatio, onis. Res oblata.

*Ofuſcar algo.* Obſcurare, intricare, implicare, irretire aliquid. *Ofuſcado* Irretitus, difficultatibus ita implicatus, vt ſe expedire,& exire nequeat.

## O G & I. Gi.

*Ogaño.* Hic annus præſens.

*Ojal del veſtido.* Ocellus.

*Ojos.* Oculos, i. lu nina, ium. *Ojos de gato.* Nocturni, glauci, felinei oculi. *Garços.* Cæſij, cærulei. *De buena viſta.* Lyncei, aquilini. *Cortos de viſta.* Hebetes. *Que todo lo miran, ſueltos.* Emiſsitij. *Todos tienen pueſtos los ojos en vos.* Omnes in te oculos conuerſos, coniectos habent, & intentos. Te omnes ſpectant. Ex te omnium ora pendent. Tuo in vultu habitant oculi omnium. *Sacar los ojos à alguno.* Eruere, exculpere, effodere, eripere alicui oculos. *A ojos cerrados.* Oculis clauſis agere, indiſtinctè,& nullo iudicio. *Al ojo limpiarle con el codo.* Oculos non eſt tangendus. *Si tienes ſangre en el ojo.* Si ſtilla ineſt tibi ingenuę nobilitatis. *Abrir el ojo.* Speculari aliquid multis oculis. Animum alicui rei attendere, vel animo ad rem. *Hechar algo a algo.* Oculos alicui rei addijcere, ſignare oculis capiendum aliquid. *Vale vn ojo de la cara.* Oculum licet illi excludas, non tanti facit. *Hazer del ojo.* Innuere, conniuentia oculorum aliquid ſignificare. *Hazerſe del ojo.* Omnes compactò rem agunt, quaſi in velabro olearij. *Comprar a ojo.* Nullo pondere, aut menſura, ſed æſtimatione prudenti, rem emere. *Mirar de mal ojo.* Obliquis oculis,& toruo vultu aliquem intueri. *En cerrando el ojo.* Vide, *Morir. En vn abrir, ò cerrar el ojo.* In ictu in nictu, in momento oculi. *Dar de ojos.* In oculos, & faciem offendere prolapſione,& caſu. *Haſta los ojos.* Oculorum tenus. *Deves de tener los ojos en el colodrillo.* In occipitio oculum geris. *Quierele como à ſus ojos.* In oculis puerum fert, oculitus, medulitus, animatus illum amat. *Ojos que no vèn, coraçon no quebrantan.* Oculi augent dolorem. *Quereiſme hechar polvos en los ojos?* Pulverem, aut tenebras oculis mihi coronaris offundere? *No le he viſto de mis ojos.* Albus, ater nè ſit ignoro. *Ojos de puente.* Pontis oculis quibus emittitur flumen, & elabitur vnda. *Ojo de agua.* A cus occellus. *Ojuelos.* Ocellus. *Ojetes.* Veſtis ocelli, ocellata veſtis. *O niño de mis ojos.* O puer oculiſsime. *Coſa de muchos ojos.* Oculatus, a, m. *A ojos viſtos.* Teſtibus oculis, in oculis omnium, inconſpectu vrbis. *El ojo del amo engorda el cauallo* Oculos Domini ſaginat equum. *El tuerto de ojos.* Cocles, tis. luſcus. Vnoculus, altero oculeo captus. *Viſojo.* Luſcioſus. *Que no vè, ſino de muy cerca* Myops, pis. *De ojos atraveſados* Patus. *De torcidos.* Strabo, onis, ſtrabus. *De ojos chicos.* Ocella, æ lucinius, i. *De ojos ſaltados.* Exophthalmus, & prominentibus oculis. *De ojos hundidos.* Coelo-

 phthal-

phthalmus. *Ojeras.* Suboculares ma culæ inſomnij ſigna.

*Ojeriza.* Odium, ij, livor, oris, male-volentia. Vide, *Odio.*

*Ojear.* Abigo, is. *Ojeo.* Abigendi, ſtudium, & cura inter venandum.

## O ante L.

*OLA, ven acà.* Heus, huc ades.

*Ola del agua.* Vnda, fluctus, us.

*Olanda.* Byſſus, carbaſus tenuis.

*Olear.* Vide, *Vncion.*

*Oler.* Oleo, es, ſuboleo, es. *Dar de ſi olor.* Odorē emittere, efflare. *Percebir olor y oler algo.* Odoror, aris. Olfacio, is. Suboleo, es. *Olfato.* Odoratus, odorandi ſenſus. *Que bien hueles!* Tuſtacte, tu cinnamum, tu roſa, tu crocum, & caſia es, tu petaſium. Omnium odor vnguentorum præ tua nauſea eſt. *Que mal hueles!* Allium oboles, germana illuvies, ruſticus hircus, hara ſuis, capra commixta cane. Gravis tibi anima eſt, & putidum oles anima fœtidat. Oles ieiunium. *Oler los perros la caza.* Sagire, ſagacinare, & odoris ductu perveſtigare feras. *Olor.* Odor, ris, ſpiritus, ſpiramentum. *De coſa aſada.* Nidor, oris. *Malo de narizes.* Ozæna, æ. *Que olor tan lindo?* Quis ambroſius exhalans, ille odor? Quis penetrans ſpiritus, & neſcio, quæ pars ætheręæ auræ effuſa ab alto? Totam aſpirat Arabiam. *Que mal olor.* Quam gravis, ac peſtilens aſpiratio loci, fœtor, pædor, odor teterrimus, mephitis, i. *Oloroſo.* Odorus, a, m. Odorifer. *Quien trae olores huele mal.* Quid oleas, neſcias, niſi id vnum male olere intelliges. Quia mulier rectè ole, vbi nihil olet. Nam iſtæ veteres, quæ ſe vnguentis vnctitant, interpoles, vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt, vbi ſe ſudor cum vnguentis conſociavit, illicò itidem olent, quaſi cum vna multa iura conſumpſit coquus. *Huelen como olla de pobres.*

*Oliva.* Oliva, æ. *Olivar.* Olivètum.

*Oleo.* Vide, *Azeyte.*

*Olla.* Olla, æ. *Ollas eſtañadas.* Incoctilia, ium, fuſili ſtanno incruſtata. *Olla de barro.* Fictilis. *Olla de cobre con ſu braſero.* Authepſa. *Olla de Convento grande.* Echinus, i. *Olla podrida.* Olla multis eſculentis, & varijs referta, gravida, potens. Ollaris farrago. Pendaplon. Clypeus Minervæ. *Cada dia olla, amarga el caldo.* Non ſemper Saturnalia. *Ollero.* Figulus, i.

*Olmo.* Vlmus, mi.

*Olvidar.* Obliviſcor, eris. Oblivione aliquid delere, de memoria deponere, memoriam alicuius rei amittere, aliquid oblivioni tradere. Oblitterare, obruere oblivione aliquid ſpongiæ ſubijcere. *Olvidarſe.* Aliquid ex memoria excìdere, elabi. Immemorem alicuius rei eſſe. In oblivionem mihi hoc venit. Me fugit præter volavit. *No me olvidarè de la merced, que me aveis hecho.* Nunquam tuum officium, & apud me beneficium inter moriturum eſt. *No os olvideis de quien ſoys.* Ne abijcias, obſcures extinguas tui illuſtriſsimi generis cogitationes dignas. Fac ne te tuorum maiorum via capiat oblivio-

vio. Memoria repete illuſtres imagines tuorum, vt illas præclaris factis viuas exprimas. Recordare, quò loco natus ſis, & ab oblivione ſplendorem tuæ gentis vindica, nec eorum in te ſepultam oblivione patiaris virtutem. *Olvide.* Oblivio, onis.

O ante M. & N.

*Ombligo.* Vmbilicus, ci.
*O menage.* Fides publica.
*Onça animal* Panthêra. *El macho.* Pardus. Pardalis, is. *Onça de libra.* Vncia. *Onça y media.* Seſcuncia, æ. ſeſcunx, cis. *Dos.* Sextans, tis, *Tres.* Quadrans. *Quatro.* Triens, tis. *Cinco.* Quincux, cis. *Seis.* Selibra. *Siete.* Septunx, cis. *Ocho.* Bes, èſis. *Nueve.* Dodrans. *Diez.* Dextans, tis. *Onze.* Deunx. *Doze.* Libra Romana. *Media onça.* Semiuncia, dipondius, ij.
*Onda.* Vide, *Ola. Ondear.* Fluctuo, as. Llu&ibus agitari, iactari. *Ondoſo.* Fluctuans, tis. *Onda para tirar.* Vide, *Honda.*
*Onze.* Vndecim. *Onze vezes.* Vndecies. *De onze en onze.* Vndeni. *Onzeno.* Vndecimus. *Onze mil.* Vndecim millia. *Onze mil vezes.* Vndecies millies.

O ante P. Op.

*Opilacion.* Oppillatio. Emphraxis, is. *Opilarſe.* Cruda ciborum ingluuie occludi, obſtrui iècoris vias, & viſcerum meatus.
*Opinion.* Opinio, onis. *Que tienen de vnos otros.* Exiſtimatio, onis. *Eſta es opinion de los hombres doctos.* Opinio hæc eſt optimæ notæ, doctorum hominum confirmata conſenſu, in hanc ſententiam conſpirat vniuerſus, & frequens ſapientiſsimorum ſenatus, pedibus eunt. Multi eruditiſsimi viri eam mordicus tenet, ſequuntur, probant. *No pienſo dexar mi opinion.* In hanc meam iurabo opinionem. Placitum ſemel mihi, ſemper placet, mordicuſque tenebo. Non aliter, ac ſenſi ſentiam, nec tranſverſum quidem vnguem à mea ſententia abibo, diſcedam. Omnes me machinæ ab ea, in qua perſto ſententia, non movebunt. *Ay en eſto varias opiniones.* Hac in te iactant ſe multæ opiniones inconſtantes, & turbidæ. Sententiarum fluctibus inquietum huius quæſtionis æſtuat mare. Rapiuntur, trahuntur, dividuntur iam huc iam illuc indiverſas, & adverſas partes ſententiæ, & ſtudia. Magna eſt inter doctos homines de hac re opinionum varietas, diſſenſio, diſsidium, contentio. *Eſto es opinion muy antigua.* Plauſibilis per omnium ora vagata, & celeberrima, hæc exiſtit opinio. Peruetus, annoſa ab hominum memoria. Percrebuit, inſedit iam pridem in hominum animis, altaſque radices per longa ſæcula egit. A priſcis ducta, & traducta temporibus ad poſteros venerabili authoritate confirmata emanavit opinio. *Sacado me han de mi opinion.* Fregi ſententiam meam. Vide, *Parecer. Todos tienen buena opinion de vos.* Præclaram omnes de te conci-

piunt, imbibunt exiſtimationem, & opinionem. In bona apud omnes exiſtimatione es. *Opinable coſa.* Opinabilis, quod in opinione vel ſatur, poſitum eſt, & ſub opinionem cadit.

*Oponerſe a alguno.* Opponere, obijcere ſe alicui. *Y quienſe me opone?* Scarabæus ſcilicet aquillam provocat? *Oponerſe a Cathedra.* Peto, is, ambio, is. Vide, *Pretender. Tal opoſicion.* Petitio, ambitus. *Opoſitor.* Candidatus. Petitor.

*Oportuno.* Opportunus, commodus, tempeſtivus. *Oportunidad.* Commoditas, opportunitas. Vide, *Ocaſion. Oportunamente.* Opportunè, ſuo loco, & tempore.

*Oprimir.* Opprimo, is.

*Oprobio.* Opprobium, ij. Dèdecus, ignominia, probrùm,

*Opueſto.* Oppoſitus, adverſus.

## O ante R. Or.

*ORACION-retorica.* Oratio. *De oſtentacion.* Paleſtræ, & olei oratio, quæ lucernam redolet, nitidum genus, vnctior quædam, ſplendidiorque oſtentatio dicendi. Venuſtas ad oſtentationem adhibita. *Es eſſa oracion ſin ſuſtancia.* Inanis iſta tua oratio eſt, ſine ſententiarum pondere. Infarcis in oratione verba, quaſi complementa numerorum, verbaque congeris, vt rudera, quaſi rimas expleant. Copioſè magis dicis, quam graviter, & ſententioſè. *Oracion muy linda, elegante.* Oratio inventione fœcunda, ordine diſpoſita, verbis, figuriſque polita, culta, exornata, numeris rotunda, volubilis membris, & periodis ſuis plena, atque vno verbo, magno vel oratore, vel Rege digna. Oratorijs calamiſtris compta, rhetoricis pigmentis, & coloribus ſplendida, & illuſtris, verborum phaleris, & ornamentis decora, varijs ſententiarum luminibus tanquam margaritis diſtincta, Sybiritica oratio. *Perifraſear la oracion.* Vide, *Variar.* *Oracion funebre.* Laudatio, onis. Mænia, therenus. *Contra alguno.* Philippica, invectiva. *Orador.* Orator, oris. Vide, *Eloquente. Orar retoricamente.* Dicere, orationem habere, verba facere, ſermonem inſtituere, orare cauſam capitis, perorare. *Oratoria arte.* Rhetorica, ratio dicendi, ſtudium eloquentiæ. Oratoria dicendi vis, facultas, exercitatio, benedicendi ſcientia. *Oracion a Dios.* Preces, um, rogatio, obſecratio, onis rogatus. *Orar a Dios.* Deum precari, deprecari, promereri precibus Deum. Precibus aliquid à Deo petere, implorare, ſupplicare. Adhibere preces, fundere ad Maximum numen. *Oratorio.* Lararium, Sacellum, i.

*Oraculo.* Oraculum, i Deorum reſponſum. *Tienenle por oraculo.* Vir ſapientiſsimus nobis quaſi oracula edit.

*Orden.* Ordo, inis, ſeries, diſpoſitio, methodus, via, ratio. *De Religioſos.* Religioſus ordo familia. *Ordenar, poner en orden.* Ordino, as. in ordinem, & in quadrum redigo, digero, diſpono, conſtituo, ratione diſpono, ſuo ordine colloco. *Dar orden en algo.* Præſcribere,

tor-

ſormam, & rationem, vt aliquid conficiatur. *Guardar el orden.* Præſcriptum,& iniunctum ſibi ordinem exactè obſervare. *Ir en orden, ò por ſu orden.* Ordinatim,ex ordine, ſuo quemque loco, ordine, & gradu procedere. *Ordenar la proceſsion.* Vtrumque agmen:ſeù ordinem duplicem ſolemnis pompæ,vt compoſitè procedat, diſponere,inſtituere.

*Ordenes Sagradas.* Sacri ordines,dedicatio, conſecratio, inauguratio. *Hazer ordenes el Obiſpo.* Conferre ſacros ordines,conſecrare Deo miniſtros. *Ordenarſe.* Auguſtus,ſacriſque initiari, inaugurari myſterijs, ſacris imbui: ſuſcipere,inire ſacris ritibus,& ſolenni Religione Eccleſiaſticos ordines. A Pontifice evehi, promoveri per omnes ordinum gradus, ſacrari, devoveri, conſecrari Deo, ad apicem vſque ſacerdotij. *Ordenado.* Initiatus, inauguratus ſacris. Deſtinatus, per conſecrationem Deo, & altari. *Ordenança, ò Eſtatuto.* Inſtitutum,conſtitutio, onis, decretum, placitum.

*Ordeñar.* Mulgeo es. *Vaſo donde ſe ordeña.* Mulctra,æ.

*Ordinario del Obiſpo.* Vide, *Vicario. De las mugeres.*Vide, *Mes.Correo.*Vide, *Correo. Ordinaria coſa.* Communis, vulgaris res, popularis, quotidiana, pervagata. *Ordinariamente.* Fere, plerumque, ſæpe ſæpius.

*Ordeate bebida.* Priſana, æ.

*Orear algo.* Ad auras aliquid ſiccandum exponere. *Oreo* Placida, & temperata aura,vel auræ tẽperies.

*Oregano.* Origanum, i.

*Oreja.* Auris,is, auricula,æ. *Haze orejas de mercader.* Cerà òblinit,obſtruit aures. *Orejas de Abad.* Liganum, i. *Orejones.* Chriſomella durata, & ſiccata.

*Orfandad.* Vide, *Huerfano.*

*Orfeo.* Orpheus, ei.

*Organo.* Organum. *De viento.* Penumaticum. *De agua.* Hydraulicum. *Organiſta.* Pſaltes, is. Organiſta, æ. *Tocar el organo.* Ventus ex taurido ſpecu acceptus,& redditus ſub radice foraminum graditur per calamos ductiles attactu,& pulſu periti Pſaltes ? qui regulas percurens velociſsimè, exprimit ſonorum concentum. *Mal trae los dedos para Organiſta.* Imperite ſe agit, qui ſe peritum huius artis iactat. *Organizado cuerpo.* Compactum corpus, compoſitum, coaumentatum.

*Orgulloſo.* Inquies homo, qui intrepidè omnibus ſe rebus immiſcet. *Orgullo.* Arguta, & inquieta ſolicitudo hominis.

*Oriente.* Oriens, tis. *Oriental.* Orientalis. Eôus, a,m.

*Origen.* Origor, inis. *Original pecado.* Vide, *Pecado Original eſcritura* Autographum. *De otra coſa.* Protòtypus, exemplar.

*Orilla del mar.* Ora maritima. Littus,oris. *De la viſtidura.* Veſtis ora. Fimbria, æ. *Orillo.* Limbus craſſus panni.

*Orina.* Vrina,æ. Lotium, ij. *Lo ſomero, ò tela de la orina.* Nubes, nebula. *Lo de en medio.* Endorema, atis. *El fondo.* Hypoſtaſis, is. *Venas por do va la orina à la begiga.* Vireteres, um. *Por donde ſe orina.* Fiſtula, vrinarius meatus. *Mal de orina.*

*na* Stillicidium, ſtanguria. *Dolor, y dificultad en orinar.* Diſuria, æ. *Retencion de orina.* Iſcuria, æ. Lotij retentio, vel ſuppreſsio. *Orinar.* Veſicam leuare. Mingere, vrinam reddere, fundere, mittere. *Tener gana de orinar.* Micturio, is. *Orinal.* Matula, matella, æ.

*Orin del hierro.* Rubigo, Ærugo, inis. *Coſa tomada de orin.* Æruginoſus.

*Orla.* Ora. Limbus, i.

*Ornamentos de la Igleſia.* Sacra ſupellex, veſtes, ornamenta divino cultui ſacra, dicata, deſtinata. *Ornato.* Vide, *Adornar, y Afeyte.*

*Orizonte.* Horizon, ontis. Finiens.

*Oro.* Aurum, i. *Por labrar.* Purum, infectum. *Labrado.* Factum. *De cañutillo.* Aurum netum filio deductum ad fuſum. *Oro muy fino.* Aurum obryzum, purum, putum, excoctum. *Barreta de oro.* Pala, æ. *Oro pimienta.* Auri pigmentum, Arſenicum. *De ſubidos quilates.* Aurum Colophonium. *Oropel.* Bractea adulterini auri crepitans. *Oro molido es avian de dar.* Talis vir alendus erat ambroſia. *Donde el oro anda, toda eloquencia calla.* Auro loquente, nihil pollet omnis oratio. *Coſa de oro.* Aureus, a, m. *De color de oro.* Flavus, a, m. *Oro ſobre cobre.* Aurum ſuberatum, & ſic de cæteris.

*Oropendola, ave.* Galbella. Icterus, i.

*Orozuz.* Glycyrrhiza, dulcis radix.

*Ortaliza.* Olus, eris. *Ortelano.* Olitor.

*Orthographia.* Recta ſcribendi ratio, & notandi, qua ſecamus, & partimur ſcripta

*Oruga.* Eruca, æ.

*Oruio.* Folliculli vuarum.

*Orza baſija.* Orcha, æ.

## O ante S. T. V. & X. & Y.

*Oſadia.* Audatia, confidentia, æ.

*Oſar.* Audeo, es. *Oſada, y vſadamente.* Vide, *Atrevido.* *Aoſadas.* Affatim, abundè.

*Oſcuridad.* Vide, *Eſcuridad.*

*Oſpedar.* Vide, *Hoſpedar.*

*Oſi.* O vtinam.

*Oſo.* Vrſus, i. *Oſa.* Vrſa, æ.

*Oſtentacion.* Gloria, vanitas, oſtentatio vana, venditatio. *De palabras.* Tragici cothurni ſtrepitus, magnicrepa verborum iactantia.

*Oſtentar.* Oſtendo. Magnificè ſe iactare & oſtentare, & venditare ingentiū. *El que haze eſſa oſtentacion.* Oſtentator glorioſus. Vide, *Fanfarron.*

*Oſtia para dezir Miſſa.* Libum ſacrum adoreum. Hoſtia azyma.

*Oſtra peſcado.* Oſtrea, æ, vel oſtreum.

*Otear.* Speculor, aris. *Otero.* Specula in edito monte, aut loco, hinc in ſpeculis eſſe, & obſervare. Vide, *Atalayar.*

*Otoño.* Autumnus, i.

*Otorgar.* Annuere poſtulatis, petitis. Connivere alicui, & nonihil concedere. *Quien calla otorga.* Qui obticeſcit conſentire videtur. *Otorgar eſcrituras.* Litteras, ſcripta publica authoritate ſignare, ratas facere. *Otorga todo ſu poder.* Facultatem, & poteſtatem omnem ſuam, atque arbitrium alteri concedit, tradit.

*Otro, vno de dos.* Alter. *Otro entre muchos.* Alius, a, d. *Otros tantos.* Æ-

què multi, pares, totidem. *Otro tanto*. Tantundem. *Otro tanto me coſtò*. Tantidem emi, eodem pretio. *Otro tanto mas*. Duplo pluris. *Otra vez*. Iterum, rurſus iteratò. *Otra vez bolverè a eſto*. Huius rei alia mihi erit decurſio. Eòdem poſtea redibo. *Otro ſois*. A te ipsò defeciſti alius, alter es à primo.

*Otubre*. October, bris.

*Ova del agua*. Vlva, alga.

*Oveja*. Ovis, is. bidens, tis. *El que las guarda*. Opilio, vel vpilio, onis.

*Ovillo*. Globus, i. Glomus. *Por el hilo ſe ſaca el ovillo*. Ex vngue leonem. *Hazer ovillo*. Glomero, as.

*Ox de aqui* Hinc procul, hinc exi, abi.

*Oxala*. Vtinam. Deus faxit, velit.

*Oxaldre*. Artolaganus, i.

*Oxear fieras*. Excitare feras, & in vnũ locum vndique vocibus, & minis cogere, compellere. *Oxear aves*. Abigere,

*Oxte*. Heu, chu, ax, tax.

*Oy*. Hodie, hodiernus dies, hodierna lux.

*Oyr*. Audio, is. Auribus aliquid accipere, haurire, capere, excipere. Dare, præbere, præſtare alicui aures, auditionem, auditum. *Agora es la primera vez que oygo eſto* Nunc primum hoc ad meas pervenit aures, fama attulit, fama, & auditione accepi. Meas hic nuncius perculit aures. *Oyr cõ atencion al Predicador*. Attentè auſcultare, & audire, quæ dicuntur auribus animoque ad eſſe attendere dicenti. Suſpensâ aure, apertoque ore mira, & nova bibebant audientes. Vide, *Mover, y Predicador*. *Oyr. Dar Audiencia el Iuez*. Benignas aures, & attentas iudicem cauſis reorum agitandis, admovere, adhibere. Audientiam, audiendique attentionem facere.

*Oyr a algun Maeſtro*. Date operam præceptori. Auditorem ſe alicuius diſciplinæ profiteri. Audire D. Thomam, Ariſtotelem, &c.

*Oyr eſcuchando*. Auſculto, as. *Eſtarè alerta, nadie nos oyga*. Speculabor, ne quis hinc ab læva, aut ab dextera noſtro conſilio venator adſit cum auritus plagis. *Ay por aì quien nos oyga?* Hic eſt alienus noſtris dictis anceps auribus? *Condenar à vno ſin oyrle*. Indictà cauſa aliquem condemnare. *Di, que yà te oygo*. Operam do tibi, loquere. Aureas meas profectò dedo inditionem tuam. *Agora lo oygo*. Nunc primum aures meæ accipiunt: mihi hæc nova res eſt. *Nunca aviamos de oyr otra coſa*. Talibus vocibus aures noſtra vndique debebant circumſonare. *Oydo*. Auditus, Audiendi ſenſus. *Dezir algo al oydo*. In aurem alicuius aliquid inſtilare, inſuſurrare, immurmurare. Ad aurem accedendo aliquid demittere, ſuggerere aliquid auribus alicuius. *Eſto sè de oydas*. Audita loquor, non oculis ſed auribus illud hauſi, accepi *No deis oydos a eſſo*. Ne tu quod fabulatur, in aures immittas tuas. *Oydos que tal oyen*. Tale abſurdum, nec auribus, nec animis eſt ferendum. *No me entra de oydos adentro*. Summis auribus inſidet, & animum non penetrat. *Oyente*. Audito, diſcipulus. *Oydor del Conſejo Real*. Regius Senator à Regis conſilijs, aut

aut è Regio Conſilio. *Coſa no oyda.* Inauditu. *Que no ſe puede oyr.* Abſurdus.

### *De littera P.*

### P ante A. Pa.

*Pacer.* Paſcor, eris, Paſco, is.

*Paciencia.* Patientia, tolerantia, æ. *Lleva con paciencia ſus trabajos.* Labores ſuos pacatè, & moderatè fert, æquo animo ſuſtinet, hilari vultu patienter, tranquillè, lætaque fronte. *Pacientemente.* Patienter, toleranter.

*Pacificar. Poner en paz.* Pacifico paco reconcilio, diſsidia compono *Hombre pacifico.* Pacificus, mitis. *Que pone en paz.* Pacator, pacis concilitor. *Pacificamente.* Pacatè, pacificè. Vide, *Paz.*

*Pacto.* Pactum. Vide, *Concierto.*

*Padecer.* Patior, eris, perfero, ſuffero, tolero, ſuſtineo, ſubeo, haurio labores, dolores, probra, cruciatus, tormenta, equuleum, ærumnas, calamitates, humana, tolerantèr, fortiter, indignè.

*Padre.* Pater, parens, genitor. *Padres.* Parens, tis. *Legitimos.* Conferreati. *Quien tiene vivo el padre.* Patrimus. *Coſa de padre.* Paternus, a, m. *Parecerſe al padre* Patrizo, as. *No ſe quexe el padre que ſu hijo ſe le parezca.* Quod damni, & quod feciſti flagitij, id ne tu mireris, ſi patriſſat filius. Illud eſt patrem eſſe, vt æquior ſit filio. *De ruin padre, tal vez buen hijo.* E tardi gradis aſinis prodijt equus. *Con afecto de padre.* Patriè. *Padre Santo.* Vide, *Papa.*

*Padraſtro.* Vitricus, i. *El de la vña.* Redivia, vel Recuvia, æ.

*Padrino del Bautiſmo.* Auſpex, icis, arbiter initiationis, patrinus. *De boda.* Pronubus, paranympus. *No he meneſter padrino.* Fides mea cuſtodem repudiat.

*Padron donde ſe eſcriven.* Syllabus, lapis. Vide, *Empadronar.*

*Paga de dinero.* Pecuniæ enumeratio, ſolutio, diſſolutio. *De contado.* Præſens. *De el reſcate.* Lytrum, i. *De patente, y entrada al Maeſtro.* Iſagogicum. *Por la enſeñança.* Minerval. *Del Medico.* Soſtrum, i. *Del ama.* Nutritia, æ. *De la comadre.* Mæotrũ, i. *Del vendedor.* Proxeneticum, i. *De la guia.* Menytrum, i. *Del ganapan.* Comiſtrum, i. *De ſoldado.* Stipendium, æs, militare, peculium caſtrenſe. *De comedia.* Lucar, extat, atis. Æs theatricum. *De lo que ſe ha preſtado.* Antidora, orum. *Del beneficio.* Antipelanges, is. Vel antipelangia, æ. *De el que eſtà jubilado.* Emeritum. *Pedir la paga.* Nomina exigere. *Pagar.* Solvo, diſſolvo, perſolvo, is. *De contado.* Numero, as, repræſento pecuniam, præſenti, & numerata pecunia, ſolvo. *Dia adiado.* Ad ſtatum, & conſtitutum, diem perſolvere. *Pagar deudas.* Satisfacere creditori. Perſcribere pecuniam debitori, ære alieno exire, liberare, levare ſe, reddere debita. *Mal ſe paga agora.* Tempora hæc ſolutionis difficillima. *Pagar reditos.* Penſitare annuos reditus, pendere. *Pagar vna deuda con otra.* Verſuram facere. *Pagar*

*ſu-*

*ſu pecado.* Solvere, depèndere pœnas. *Pagar por otro.* Solvere, repreſentare, dare ab aliquo. *Pagar en la miſma moneda.* Par pari referre, gratim rependere parem, facta factis: mus munere compenſare. Idem alicui reponere, gratiam reſtituere: reſpondere, ſatisfacere officio, beneficio, gratiæ. *Pagar el beneficio.* Vide, *Beneficio, y agradecer. Areyſmelo de pagar muy bien pagado.* Acrem de te vindictam ſumam, perſequar graviſsimas à te pœnas, non inultus, aut impunis abibis, pœnas dabis, perſolves, lues, dependes acerbiſsimas. Referam illi ſacrilego gratiam. *Si lo hize, yo lo pagarè.* Reſcidi veſtem, reſartietur. *Muy bien os pagarè la merced, que me hizieredes.* Fœneratum tibi iſtuc beneficium pulchrè dices. *Anſi pagays à quien os deſea ſervir?* Siccine mihi, de te benemerenti refertu gratia? *Pagan juſtos por pecadores.* Canis peccatum ſus dependit. Tibicen vapulat, quod peccat coquus. Faber cadit, cum ferias fullonem. *Dios os lo pague.* Delègo hoc nomen ſuperis, & illos voto convenio, vt pro me ſolvant. *Paga todo ſu merecido.* Malus bibit improbitatis fœcem. Novacula in cotem. Pœna contigit digna meritis. *Pagarlobeis todo por junto.* Vindicta tarda, ſed gravis. Tarditas vindictæ, gravitati compenſabitur. *Pagar haſta el vltimo maravedi.* In aſſem ſatisfacere. *Pagarſe de ſi miſmo.* Soli ſibi placet, omnia ſua illi pulchra. Narciſſus in in fonte ſe contemplatur. *Pagador. Oficio.* Tribunus ærarios. *Pagador el que paga.* Qui ſolvendo eſt, aut nõ eſt

*Pagano.* Æthnicus, infidelis.

*Pago de viña.* Pagus vinearum, vinètum, i.

*Page.* Miniſter, i. puer, aſſecla, ſervus à pedibus, pediſequus. *Del Rey.* Prętextatus aſſecla. *De armas.* Armiger, i. *De copa.* Pincerna, æ.

*Pagizo, color.* Pallidus, luteus, buxeus aureus, xerampèlinus.

*Paja.* Palea, æ. *No monta eſſo vna paja.* Leviſsima res eſt, flocci, & pappi. *En dame acà eſſas pajas.* Eveſtigio, actutum, iamque, quàm primùm. *Del mal pagador, ſiquiera en pajas.* Ex lupo, vel pilus. *A humo de pajas.* Aphya in ignem, citius, quam formicæ papaver. *Tomar la paja con el cogote.* Retro, & â tergo cadere, occipitio tundere terram. *No durmieſſe en las pajas.* Arripe negotij curam, omni fune remiſſo hæc hagas, ſomnus abſit ab oculis. *Paja es quanto dizes.* Vide, *Palabras vanas. Pajuelas.* Paleæ, ſulphuratæ, ſulphure litæ, intinctæ ad concipiendum facilè ignem. *Pajar.* Palearium, ij.

*Payla, ò vacia.* Pelvis, is.

*Pala de horno.* Infurnibulum, furnaria pala. *De pelota.* Reticulum, vel ligneum inſtrumentum, quo excipitur, repelliturque pila.

*Palabra.* Verbum. *Dar, ò empeñar ſu palabra.* Meam tibi oppignoro fidem firmo, obligò. Interpono tibi hoc polliceor, in meque recipio. *Faltar, quebrar la palabra.* Fidem frangere, violare, lædere, â fide præſtita deficere. *Guardad vueſtra palabra.* Salva, & integra

fide

fide agas. *Todo es palabras eſte hombre.* Famos vendit, verbi importat. Hermodorus verbis pugnat, non re. Verba proſarines : ſuos ſplendidis promiſsis alit. *En vna palabra.* Vno verbo, paucis te, adverte, docebo. Quin, tu vno verbo dic, quid eſt, quod me velis ? *Palabra por palabra.* Ad verbum, verbum è verbo, totidem, eiſdem verbis. *Dezidle eſto de palabra.* Verbo hæc ad Antonium mandata refer: meis verbis, meo nomine hæc nuncia. *Dixome malas palabras.* Vide, *Afrentar.* *De palabra en palabra.* Con verbum verbo, quaſi aditum aperiret, & innexum verbum verbo catenaret. *Palabras, y plumas el viento las lleva.* Volat irrevocabile verbum. *Al buey por el cuerno, y al hombre por la palabra.* Verba ligant homines, taurorum cornua nervi. *Paſſe la palabra.* Circumferatur verbum, circumgeſtetur teſſera. *No le dixe palabra de que ſe pudiera ſentir.* Ne verbo quidem leviori hominem appellavi, læſi, violavi. *Quitaſme la palabra de la boca.* Orationem exore tu mihi quidem eripit. *Mas hareys vos con vna palabra, que yo con ciento.* Ecce rem nimiò citius tranſiges. Gravius erit vnum tuum verbum, quam centum mea. *Aver palabras con vno.* Virbigerare, verbis rem gerere, & probis, contumelijſque mutuis contendere, ſe proſcindere : altercari, convitiare. *Aborremos de palabras.* Verbis velitationem fieri, compendio volo. *Palabras mayores.* Vehementiora verba graviſsima, contumelia maximæ. *Vanas.* Stridia verba cadentia, irrita, auris ferenda, huius concionatoris vndique redundat, oratio. *Palabras de caſamiento.* Connubialia, vel ſponſalitia verba, verborum vincula, quæ vtrumque coniugem connectunt, & ſubiugum mittunt connubij. *Palabrero.* Verboſus, loquax, qui multus eſt in loquendo.

*Palacio Real.* Regia. Baſilica, æ. Aula Regia, Palatium. *Palaciego.* Auliculus. Palatinus. *Hecharlo en Palacio.* Tribuere vrbanitati, & feſtivitate dictum mordax. *No ſaber de Palacio.* Verecundari, & rubore perfundi. Commoverique dictis rediculis, falſis, & facetis. *Eſto eſtà tomado para Palacio.* Vocata opera eſt.

*Paladar.* Palatum, i. *Hablar al ſabor de ſu paladar.* Voluntati, & voluptati alicuius ſervire. Byſsinis, & iucundiſsimis verbis vti in illius gratiam. Acroàma alicui occine. *Paladear.* Melle infantis palatum inungere, vt reguſtit,

*Palafren.* Vide, *Quartago.*

*Palanca.* Vectis, palus ferreus. *De palo para llevar cargas.* Phalanga.

*Paliza.* Fuſtuarium, tympanis mus. *Mereceis vna paliza.* Dignus es, cuius tergum oneretur, quatiatur, tundatur, cædatur, multetur crebris fuſtibus. Fuſtuarium iam tibi imponendum erat.

*Palenque.* Pàlæſtra. Cavea, arena, æ.

*Paleta de el eſtomago.* Enſiforneus, ei. *Para jugar al argolla.* Palmula, æ.

*Palio de Arçobiſpo.* Pallium Archie-

p iſ-

piſcopale. *Del Santiſsimo Sacramento.* Vmbella, æ. Cadurcum. Valdochinus.

*Palma, arbol.* Palma, æ. *De la mano.* Palma, vola, æ. *Palmada.* Alapa, colapus, i. *Traerle en palmitas.* Humeris noſtris in cœlum, ſi fieri poteſt, te tollemus. *Palmatoria.* Ferula, æ. *Ganar la palmatoria.* Qui primus venerit, primus molet. Præripere locum,& palmam alicui, præcerpere fructum officij, & locum.

*Palmo de quatro dedos.* Palmus. *De los nueſtros de doze.* Dotrans. *No tengo palmo de tierra.* Nihil mihi præter animam, nè monumenti cauſa, reſervatum eſt. Vbi pedem figam, non habeo.

*Palo*, Palus, fuſtis,ſudes,is. *Dar de palos.* Vide, *Paliza.* *Palo de ciego* Fuſtis, vel ictus cæco furore actus, impactus. *Como vn palo de ſeco.* Siccus iuncus. *Merecia eſtar en quatro palos* Quadrafidus hic furcife, ſuſpendendus erat. *Palillos, ò palotes de atambor.* Tympaniſtæ bacilli. *Palillos de mondar los dientes.* Mētis ſcalpia è nobili ligno affabrè polita *Palillo de ſuplicaciones ro.* Verſatilis numerorum index ligneus. *Eſſa es ciencia de palillos.* Tenuis ſcientia, quæ nihil dignitatis,aut gravitatis habet.

*Paloma.* Columba, æ. *Torcaz.* Palumbes,is. *Manſas.* Cicur,uris. *Palomo.* Columbus, i. *Palomino.* Pipio,onis. Columbulus, columbinus pullus. *Palomar.* Columbarium, ij. *Palomera.* Erèmus vaſta,ventis vndique pervia.

*Palomilla yerba.* Fumus terræ.

*Palpar.* Manibus aliquid attrectare, tangere. *Al cavallo.* Palmarum plauſu demulcere equum,& popiſmatum blandimento tractare.

*Palpitar.* Palpito, as.

*Pampano.* Pampinus. *Lo mas alto del.* Flagellum i. *Cortarlos.* Pampino,as.

*Pan.* Panis, is. *De mediana, ò moços.* Panis, cibarius, ſecundarius. *Pan lindo de leche.* Panis ſiligneus, è pollini, ſive flore puriſsimæ farinæ ſubactus. *Pan de tahona.* Piſtrina, æ. Lauriſsimus pannis *Con levadura* Fermentatus, Zymites. *Sin ella.* Syncèrus, àzimus. *Pan de cebada.* Hordeaceus. *De centeno.* Secalicius. *Mohoſo.* Situm reſipiens, mucidus. *De perro.* Furfuraceus, recrementitius. *Que ſe dà de limoſna.* Gradilis, e. *Panes, ò trigos en berça.* Sata, orum. *Viciosos.* Segetes luxuriantes, meſsis ridens ferax. *Todos los duelos con pan ſon menos.* Quicumque ſatur, vinoque,ciboque. Is demum potuit coſligère perdius hoſti. *Por mucho pan nunca mal año.* Nulla ſatietas rerum honeſtarum. Quod pulcrum bis, aut ter. *Del pan y del palo.* Da panem, & pugnum. Oportet ſalem, & oleum emere Fœcem bibat, qui vinum bibit. *Tanto pan como queſo.* Æqua concertatio. In eandem lancem imponere. *Del pan de mi compadre buen pedaço à mi ahijado.* De alieno liberalis. Qui in ſua re egentiſsimus eſt ( vt fit ) eſt inſolens in aliena. *No comer el pan de valde.* Multo ſudore ſibi victum comparare. Demereri cibum labore. *Con ſu*

*pan*

*pan ſe lo coma.* Sua res ſecum habeat. Proſit, quod noxium eſt. *El pan comulo, la compañia deshecha.* Ollæ amicitia. Fervet olla, vivit amicitia. Manibus, vt data eſt aqua poſt cænam, ſolvitur convivium. *No ſe le cuece el pan.* Quieſcere non poteſt, ſolicitus, & anxius vbique ſatagit. *Pan por pan, y vino por vino.* Nuda, aperta, ſincera, & ſimplicia verba dicere. Veritatis ſimplex oratio. Ficus, ficus: ligonem, ligonem vocat. *Pan perdido.* Vagus, errabundus, fugax, perditus, *Pan, y aguado.* Cliens, tis. *Panadero.* Panificus. *Panadera.* Panifica. *Panadear.* Panem conficere. Panificium exercere. *Panera.* Horteum, ei. Cumera, æ. *Donde ſe guarda cocido.* Panarium, mactra, æ, arca panaria. *Canaſtico del pan.* Panariolum, i. *Pan de cuerbo yerba.* Cyclaminus, i. *Pan y queſito, yerba.* Naſturtium tectorium. *Panizo.* Paniculum, i.

*Panadizo.* Redivia. Reduvium.

*Panal de abejas* Favus, i.

*Pandero.* Tympanum, i, Naula, vel Naulium. *En manos eſtà el pandero, que le ſabrà bien tocar.* Proba materia in probum incidit artificem, qui ſcitè tractabit. *Es vn pandero* Eſt pandus aſellus. Alba præcordia. *El q̃ le tañe.* Tympaniſtra, æ. *Pãdero.* Pandura, æ.

*Pança.* Alvus, l. venter collativus, abdomen inſaturabile.

*Panegyrico.* Panegyris, is.

*Paño de lana, ò lino.* Pannus, i. *De barbero.* Involucre, quod humeris circum ponũt adverſus expillitij præſegmina cadentia. *Paño de manos.* Mennte[illegible], i [illegible].

*Pañizuelo.* Muccinium, ſudariolum. Strophium, ij. *Muy limpio.* Cæſitium, ij. Panniculus, i.

*Pañales.* Panni, orum, involucra infantium.

*Pañetes.* Subligaculum, campeſtre, tris. Subligare, is. Fæmoralia, ium. Perizòma, atis. Exiguo tègili pubem tantummodo intègere.

*Pantona.* Cænoſus lacus, vel locus.

*Pantuflo.* Crepida, æ.

*Pantorrilla.* Sura, æ.

*Papa.* Summus Pontifex, Maximus Summus Eccleſiæ Antiſtes. Papa. Pater patrum. Hierarcha Eccleſiæ orthodoxæ.

*Papahigo.* Cucullus, i.

*Papagayo.* Pſitracus, i.

*Paparo.* Ruſticus, vrbis inſolens.

*Papaſal.* Vox eſt, præterea nihil conchas agere. Cantinela ex ſcholis.

*Papel.* Papyrus, charta, æ. *De eſtraza.* Emporètica charta. *De vitela.* Mombranula, æ. *Que ſe paſſa.* Bibula. *Blanco, lindo.* Charta pura, virgo. *De marca mayor.* Claudiana Regia, macrocòlum. *Papel de eſpecias.* Involucrũm chartaceum, cucullus. *Papel de Genova. De Principes.* Charta auguſta. *Papeles.* Vide, *Eſcritura. Primer papel de comedia.* Primarum partium hiſtrio. Secundarum. *El ſegundo.* Et ſic de cæteris. *Hazer bien ſu papel.* Lepidè, & probè ſuas partes ſuſtinere, agere, tueri. Facilè palmam habet, vicit tua comedia. Hic agit magis ex argumento. *Por no tener papel, no eſcrivo.* Ne charta mihi ſuppeditat vt ſcribam. *Papel.* Conglutinata papyrus.

*Papera.* Struma, æ. *El que la tiene.*

Stramoſus, a, m.

*Papo.* Guttur,uris. *De aves.* Ingluvies, ei. *De buey.* Palear,ris. *Papar.* Pappo, as. Novo liberto opus eſt, quod pappet. *Vna en el papo, y otra en el ſaco.* Vtramque inflare tibiam, ſaltare bifariam. *Hablar de papo.* Arroganter, & inſolenter garrire. *Hablar papo à papo.* Coram,& nimis familiariter,& libere colloqui. *Hazer papo.* Ingluviem implore. Ingurgitare ſe cibo.

*Papas.* Offulæ, arum. *Dar papillas al niño.* Minima manſa ori infantis inſerere. Papere minuta infanti. *Dar papilla à vno.* Dare verba tanquam victo alicui, inſultare, aut illudere. *Brava papilla te han dado.* Siccine lepidè, & naviter tibi oblitum eſt os.

*Papirote.* Talitum, i.

*Parigual.* Par, ris. *Vn par de mançanas.* Par pomorum, duo, bina pomar. *Par de mulas.* Iugum mulatum, bonum, &c. *De vellacos.* Iugum malorum. *Parear.* Vnum cum alio parem committere, componere. *No tiene la Virgen par.* Vlli ſanctorum eſt incomparabilis virgo, non comparanda, conferenda, æquanda. Vide, *Igualar. A pares, y nones.* Par, impar ludere. *A pares las cozes tira.* Geminas iaculatur calces in auras. *A par de vno.* Iuxta aliquem, apud, circa. *Pares de muger.* Secundæ,arum. *Los Pares de Francia.* Duodecim Heroes, & fortiſsimi viri, virtute, robore, viribus, nobilitate, & honore pares, præſtantes.

*Para prepoſicion.* Ergà. *Para comer.* Ad cibum, ad victum, &c. *Para de aqui vn año me lo guardas?* In ſequentem annum me reijcis? *Para què?* Ad quid? vt quid? quorſum? *No ay para que acordaros de mis ſervicios* Supervacanea eſt officiorum meorum commemoratio. *Oye para lo que te mandè llamar.* Qua gratia, cum ius rei cauſa huc te accerſivi, auſculta.

*Parabien.* Gratulatio,onis. *Darle.* Gratulor, aris. Gratulationem alicui facere,habere. Toto animo fauſtum, ac ſalutare aliquid alicui comprecati. *Mil parabienes me han dado.* Summa fuit ſtudiorum in mea gratulatione contentio. Viæ multitudine hominum, qui mihi gratulatum veniebant, celebrabantur: ad vrbem acceſſus incredibilis hominum multitudine, & gratulatione florebat. Quid dicam effuſiones hominum ex oppidis? Ipſa vrbs comulſa ſuis ſedibus ad me complectendum procedere viſa eſt. *Recibo de buena gana vueſtros parabienes.* Gratulatio eſt tua mihi probatiſsima, & gratiſsima, quod ab optimo ſit animo. *Para entre los dos.* Hoc vtrique ne excidit: vtrique arcanum. Myſterium eſt, nefas neutri pandere. *Para ſiempre.* In omne ævum, in æternum, in ſempiternum tempus, & memoriam. In ſæculum nunquam habiturum finem. *Para mi traer no diera nada por eſſo.* Ad meam rationem, & vſum, non magni æſtimo.

*Parabola.* Parabola. Comparatio.

*Paradoxa.* Paradoxon. *Paradoxico, hombre.* Qui contra omnium opinio-

nionem aliquid tuetur, Ingenium devium, mos, & iudicium, parodoxicum.

*Parafraſis.* Paraphraſis, expoſitio clarioribus verbis illuſtrior.

*Paragrafo.* Paràgraphe, es, paragraphus.

*Parayſo.* Paradiſus, i. Piorum ſedès, beatorum domicilium, locus omnibus afluens delicijs. Vide, *Cielo.*

*Paralitico,* Vide, *Perlatico.*

*Paramo.* Vide, *Deſierto, y yermo.*

*Paramento.* Periſtroma, atis. Tapes, ètis. Aulæum æi. *Paramentar.* Aulæis ornare, inſtruere ſuſpenſis parietes domus.

*Parapeto.* Lorica, æ.

*Parar.* *No sè en que ha de parar eſto.* Neſcio, quem finem, hæc ſi res habitura, quorſum ſpectet, tendat. Poſt tam ſævas tempeſtates, quem portum appellat, teneat quaſsata navicula. Quo tandem res perventura ſit, & eruptura, quod miſerum hominem fatum maneat. *Pararſe, detenerſe.* Conſiſtere, manere, retineri in aliquo loco. Siſtere, ſtarè ad intuendam imaginem. *Eſto me parò perjuizio.* Hoc mihi fraudem tulit. *Pararſe, ò ponerſe colorado.* Rubeſcere. *Blanco.* Albeſcere. *Amarillo.* Palleſcere, & ſic de cæteris. *Parar en el juego.* Pecuniam obijcere oppoſitæ chartæ. *Parad mientes.* Advertè diligentèr mentem, & animum, huc converte. *Que mal me parò Antonio.* Me peſsimè vexavit, malè acceptum dimiſit. Cum clamore, & convitio iactatus diſceſsi. Malè me habuit. *Paradero.* Finis, terminus, meta. *Paredes de molinos.* Cataractæ, arum. *Para, dexa eſſo.* Ceſſa, ſuper ſede opere. Tolle manum.

*Paraſiſmo.* Paroxiſmus, acceſsio, commotiuncula.

*Parcas.* Parcæ, ſævæ ſorores. Clotho colum tenet, Lacheſis net, & Atropos occat.

*Parche.* Vide, *Tegadillo. De atambor.* Pellis tympani.

*Parcial.* Sequax, vel ſectarius alicuius partis. *Parcialidad.* Pars, tis. factio, ſecta, æ.

*Pardal paxaro.* Pardalus, i. *Pardo paxarillo.* Pardalus canorus. *Parda, color.* Fuſcus, a, m.

*Parecer en juyzio.* Siſti. Apparere, adeſſe iudicio, ſubire vultum iudicis. *Yà pareciò Antonio.* Iam tandem apparuit, repertus, inventus, eſt. *Pareceſe mucho Pedro a Iuan.* Formam, & ſimilitudinem Petri, Ioannes habet, obille traxit colorem. Vide, *Semejante.* *Pareceme bien eſto.* Hoc mihi valdè placet, arridet, volupte eſt, probatur. *Que bien parece eſto!* Quam pulchra huius rei facies eſt, quam bella ſpecies, quam ſpecioſa forma. *Par eceme que ſoys, &c.* Tu mihi videris, &c. *Ya ſe parece eſte lugar.* Iam procul culmina fumant, turres huius loci eminentiores apparent. Proſpiciuntur, ſub conſpectum noſtrum cadunt. *Parecer, el voto de vno.* Sententia, iudicium, obinio, ſuffragium. *Eſte es mi parecer.* Hoc mihi ſedet, & apprimè placet. Iudicij mei libra tantæ rationis momento in hac partem inclinat. Addo huic rei ſuffragium. Hoc teneo, & vacillantem rem fir-

firmo, nono, & robuſto fulcro meæ opinionis. Meam ſententiam fero, aperio, exprimo, calculum meum cæteris adhibeo, votiſque ſubſigno, ſubſcribo, & adſono. *De diferente parecer ſoy.* A te maximè diſſentio. In Cæſarem hunc arma ſummam cum doctiſsimorum ſenatu. Vide, *Diferenciar. Mucho caſo ſe haze de vueſtro parecer.* Tua ſententia graviſsima eſt apud omnes, magni ponderis, auctoritatis, & momenti. Cui omnes multum tribuunt, plaudunt, ſuffragantur, aſſentiunt. *No me agrada vueſtro parecer.* Tua mihi ſententia non probatur. Vide, *Opinion. Traer a alguno a ſu parecer.* Adducere, perducere, flectere alios in ſuam ſententiam, ſenſum, & iudicium. *Apartarle de ſu parecer.* Deijcere, deducere aliquem de ſuſcepta ſententia, & conſilio, revocare ab inſtitutâ re, adducere aliquem, vt de ſententia decedat. Vide, *Opinion. Mudò de parecer.* Calculum reduxit, retraxit, de gradu receſsit. Diverſus, & alius à ſe in ſententiam contrariam, pedibus, & animo ivit. Priorem mentem mutavit. Diligentius, & prudentius, per ſpecta re, & mediata ſecundum conſilium primo prætulit. *No le ſacaran de ſu parecer.* Scarabæo citius perſuaſeris. Fixit gradum, quis revellet? Vide, *Opinion. Dexadme en eſto ſeguir mi parecer.* Sine me in hac re gerere mihi morem. *Siguiò el parecer de ſu Maeſtro.* Iuravit in verba Magiſtri, illius ſententiam mordicus tenuit, ab illo ſtetie, ipſe dixit, claudi more tenuit pilam. *Probar, ò refutar el parecer.* Vide in ſuis locis. *Que mal parecer.* Quam abſurda aliena, ſub inſulſa ſententia! *Que buen parecer.* Quam arguta, gravis, concinna, acuta, recondita, ſelecta ſententia! *Quantos hombres, tantos pareceres.* Quot capita, tot ſententiæ. *Pareciòme bien aviſaros.* Putavi, exiſtimavi, in ea ſenteutia, & mente fui, vt cenſui, iudicavi, ſenſi, ſtatui te admonere, viſum mihi fuit. *A mi parecer.* Vt opinor, vt mea fert ſententia, meo iudicio. Ex animi mei ſententia. *Buen parecer, ò cara.* Facies liberalis. Vide, *Cara. Parecenſe como vn huevo a vna caſtaña.* Si confers fulicas cygnis, & aëdona parthæ: Caſtaneis corylos æquas, viburna cupreſsis.

*Pared.* Paries, tis. *Maeſtra.* Solidus paries. *Pared de ladrillo.* Lateritius paries. *Pared en medio vivo.* Medius non dividit paries intergerinos. Interiectio interpoſito pariete habitamus. Paries qui mihi cum Antonio eſt communis. *Eſta tras ſiete paredes.* Incluſus, atque abditus latet. *Las paredes tienen oydos.* Arcanum vt celet, claudenda eſt lingua ſigillo. Ne vicini quidem ſentiant. *Poner pies en pared.* Pertinacius in aliqua re contendere, ſuamque opinionem mordicus tenere. *Dar por eſſas paredes.* Toto cælo aberrare, & tota via. Exorbitas à verò. *No dexar eſtaca en pared.* Funditus aliquem evertere, radicitus extirpare, nihil reliqui illi facere.

*Pardon.* Parietina, æ. Paries vetus, & ſemirutus. *Parietaria yerba.* Parthenium, ij.

*Parejo, ò igual.* Pàrilis, e. *Parejas corre.* Pari curſu eunt, fluunt committuntur, adoleſcunt æquales ætate, virtute, doctrinà.

*Parentela, ò parenteſco.* Gens, genus. *Por ſangre.* Conſanguinitas, cognatio, communio ſanguinis. *Tales parientes.* Conſanguinei eiuſdem ſanguinis. *Por afinidad, ò caſamiento.* Affinitas, coniunctio affinitatis. *Tales parientes.* Affines, affinitate coniuncti. *Parientes deſcendientes por varon.* Agnati. *Por hembra.* Cognati. *Es mi pariente.* Cognatione ſanguinis coniungimur, tangimur, communione generis, vinculo, nexuque ſanguinis deuincti ſumus. Eiuſdem gentis ſumus, & familiæ, nobiliſsimas illius ceras, imagines, & ſtemmata duco mea. Vide, *Deſcender.* *Parientes mayores.* Generis authores, maiores, ſtirps gentis.

*Parias.* Tributum Regis, ſuperiori Principi penſitatum ſubiectæ ditionis cauſa.

*Parir.* Pario, is, eniti, in lucem edere fœtum, & partum. Procreauit, genuit, in has vitales auras reddidit, effudit. *Parida muger.* Enixa. *Que yà no pare.* Effeta, laſſata. *Paridera, que mucho pare.* Fœcunda tanquam Chalcidica vxor. *Eſtar de parto.* Parturio. *Parto.* Partus, us, enixus, us.

*Parlar.* Sermonem cum aliquo habere colloqui. *Quien bien lo parla.* Quam diſertè, & ſcitè loquitur, edifferit. *Parlero.* Vide, *Hablador.* *Parlar algo a otro.* Ad aliquem deferre audita, aut viſa, renarrare calumniam alicui. *El que aſsi parla.* Delator, oris. *Parlatorio.* Locus, vbi multi colloquuntur, & garriunt. *Parlamento.* Gallici conſilium Regis. *Parla.* Loquentia, garrulitas, loquacitas.

*Parnaſo.* Parnaſſus.

*Parotida.* Parotis, idis.

*Parpados de los ojos.* Pàlpebræ.

*Parque, ò boſque.* Nemus, oris.

*Parra, ò parral.* Vitis complubiata pergula. *Sobre cenador.* Fornicata. *Abrazada al arbol.* Arbuſtiva, arbori maritata.

*Parricida.* Vide, *Matar.*

*Parillas.* Craticula, æ. Cratis ferrea.

*Parroquia.* Parecia, æ. *Parroquiano.* Curialis. Paræcus, i.

*Parrafo.* Paragraphus, i.

*Parte.* Pars, tis. Portio, onis. *Es hombre de muchas partes.* Dotes habet à natura præclaras, divino quodam munere à Deo videtur hominibus commendatus. Inſignitus inſtructus optimis ornamentis, dotibus, & inſtrumentis apprimè ornatus. *Dad me parte de vueſtras coſas.* Me in tuorum conſiliorium ſocietatem, & communionem vellem admitras, voces. Mecum tua communices, participem tuarum efficias rerum. *Eſto ſe hizo ſin darme parte.* Hæc clam omnia, me imprudente, inconſulto, peracta ſunt. *Eſtà de mi parte Antonio.* Mecum facit, meas ſequitur, ſectatur partes, à me ſtat. *Participante.* Particeps, pis, conſors, ſocius. Non ex-

pers

pers alicuius conſilij. *Participar.* partem capere alicuius rei, in ſortem, & partem admitti. Comune habere cum aliquò, & participare. *Parte, ò Lugar.* Locus, regio. *En ninguna parte.* Nuſquam, nullibi. *En toda parte.* Vbique. Vbicumque. *En otra parte.* Alibi. *En ambas partes.* Vtrobique. *De otra parte.* Aliunde. *De todas partes.* Vndique, à tergo, à fronte, à lateribus. *Partes del mundo.* Mundi partes. *Partes del cuerpo.* Membra, & partes. *No ſoy parte en eſto.* Exſors, & expers huius rei ſum. Nulla mea ibi pars, aut poteſtas eſt, in hac ſcæna nullius partes ſuſtineo. *Por mi parte, ò de mi parte harè lo poſsible.* Pro mea parte pro virili mea parte. *Cada vno haga de ſu parte.* Ego pro mea, tu pro tua, pro ſua quiſque parte id contendat facere. *Llamar a vno a parte.* Scvocare aliquem ad privatum colloquium. Separatim, ſeorſumque aliquem convenire. *Partes en los pleytos.* Litigatores. Qui de aliqua re in iudicio controvertunt, decertant. *Particula.* Particula, æ. Minutula pars.

*Particular coſa.* Singularis, e, peculiaris, præcipuus, a, m, privatus, proprius, quod abhorret à communi ratione. *Particular hombre.* Privatus. *Particularmente.* Separatim. Sigillatim, ſingulariter, ſpecialitèr, præſertim. *Eſto en particular te encomiendo.* Cætera vniversè tibi mando, hoc propriè.

*Partir ò dividir.* Divido. Partior. Partitionem facere. *Partir, ò hender.* Vide, *Hender.* *Coſa partida en dos, en tres, ò quatro partes.* Bipartitus, tripartitus, quadripartitus. *Particion ò partiſa.* Partitio, diviſio hæreditatis. *Hagamos las partijas, ò hijuelas.* Fraternam bonorum diviſionem æquà lance componamus. Sua cuique rata portio aſsignetur Patrimonium iure, pro dignitate, & ſocietate noſtra partimur. *Los que hazen las partijas.* Particulones, partiarij. *Parcerias.* Partiaria pecora. *Partido, ò condicion.* Conditio. *Hagamos eſte partido.* Hac conditione, & lege conveniamus. *Vn miſmo partido es el de los dos.* Vna erit vtriuſque conditio, eandem ſubibimus aleam, non afflictiore conditione abibis, quàm ego. *Partirſe de algun lugar.* Proficiſcor, diſcedo, is, abſcedo, is, digredior, eris. Anchoras tollere, talaria nectere, moliri diſceſſum, oram ſolvere. *Partida.* Diſceſſus, us, digreſſus, profectio, onis, abitus, us. *Partida en quentas.* Summa, æ. ratio aliqua in re pecuniaria, nomina. *Aſſentarlas.* Nomina in codicem referre. *Partidas las leyes.* Leges Hiſpani Regni in ſeptem partes, ſive volumina digeſtæ. *Partidas del mundo.* Orbis partes partitio, diviſo in ſeptem partes.

*Participio.* Particeps nominis, & verbi dictio. Participium, ij.

*Parva.* Acervus frumenti non purgati. Meſsis in acervo parata ad ventilabrum.

*Paſqua.* Paſcha, æ. vel atis. Paſchales feriæ, & dies Qua Chriſtus maximus redivivo corpore, obſignato ſepulchro, ſe excitavit, & ad vi-

vitam revocavit immortalem. *De Eſpiritu Santo.* Pentecoſtes, es. Quia divinus Spiritus ignitis linguis ſe ſuper diſcipulorum Chriſti gregẽ copioſus effudit. *Buenas ſon mangas deſpues de Paſqua.* Bona eſt offa, poſt panem. *Tienes cara de Paſqua.* Hilariorem, liberalioremque faciem, os, & vultum præfefers, oſtentas. *Mala Paſqua te dè Dios.* Paſchales dies infauſtos, & infelices imprecor tibi. Malas auſpiceris tam bonas dies. *Buenas.* Multa cum ſalute diutinis paſchalibus feſtis fruaris, paſchalibus auſpicijs collæteris, congaudeas. Feliciſsimam, & iucundiſsimam hanc tibi dèprecor celebritatem,

*Paſſa.* Vva paſſa. Sicca, aſtaphis, aphidis.

*Paſſamano en veſtido.* Segmentum, limbus aureus, argenteus, ſericus intertextus. *De eſcalera.* Pulmentum ſcalarum, quo inter ſcandendum innititur.

*Paſſar. Aſsi paſſa.* Sic res geritur: ſic ſe habet. *Dezidme lo que por allà paſſa.* Quæ iſtic agantur, gerantur, ad me ſcribas. Si quid novi accidit, èvenit ſcitu dignum, nè prætermittas. *Paſſar algun rio, ò mar.* Traducere, traijcere, tranſmittere, tranſire, præteruehi navigio flumen, mare. *A nado.* Tranare, nando flumium traijcere. *Paſſar el monte.* Iuga, verticem montis ſuperare, ſcandere, tranſgredi, conſcendere in montiúm cacumen. *Paſſar el tiempo en algo.* Ducere tempus, traducere ætatem ævum tranſigere in aliqua re. *Paſſar tiempo.* Tempus terere, fallere. *Por paſſatiempo paſſa eſto.* Hoc pro delectamento putat. Delectationem hanc ſibi ipſi ad arbitrium comparat. *Paſſaſe el tiempo.* Tempus abijt, labitur præterit. *Paſſaſe el papel.* Charta madet. *Paſſar la vida.* Vitam agere, trahere, tolerare, traducere, tranſigere. *Paſſa mucha mala ventura.* Illum fortuna multis in laboribus exercuit. *Paſſar adelante.* Progredi vlterius in aliqua re, procedere, progreſſum facere, proficere. *Paſſar à vno de parte a parte.* Transfigere, tranſverberare, traijcere, tranſadigere, perfodere aliquem haſtà, gladio, enſe, ſagitta, telo. *Paſſar de raya.* Diſcedere, reſilire ab illis finibus, quos modeſtiæ ratio definit, præſcribit. Tranſire, excedere, tranſilire verecundiæ fines, terminos, pudoris frangere repagula. *Paſſarſe, ò mudarſe a otra parte, ò caſa.* Migro, commigro. Vide, *Mudarſe. A los enemigos.* A ſacramento ſuo duci præſtito, & fide deficere, & ad hoſtes transfugere. Transfugam leviſſimum eſſe. *Paſſar el orador, ò Predicador de vna caſa à otra.* Sed quoniam emerſiſſe nunc è vadis, & ſcopulus prætervecta videtur oratio, perfacilis mihi reliquus curſus oſtẽditur. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicamus. Age verò cæteris in rebus, quali ſit temperantia, conſiderate. Mihi enim properandum neceſſe eſt, omnia vobis, quæ mihi conſtituta ſunt, poſsim exponère. Tragicu.um aulæum complicemus, ſcænicum ſiparium aperiamus. In thea-

theatrum veniat, &c. *Paſſar algo por alto.* Prætetire, omittere, prætermittere. Vide, *Alto. Bien paſſarà Antonio por eſto.* Æquo animo feret, patietur, probabit. *Paſſad por lo que otros paſſan.* In eodem quo cæteri, iure verſeris. *No me paſſa eſſo por el penſamiento.* Ne id quidem cogitavi. Nec meam puliavit mentem. *Aveis de paſſar por las picas.* Per enſes, perque ignes oportet irrumpere. *Y aſsi ſe ha de paſſar eſte?* Hiccita puer impunis abibit, & inultus relinquetur, aut diſcedet? *Paſſar, correr algo.* Repertere, recolere, aliquid memoria. Conferre, communicare cum aliquo familiares ſcholas. *Paſſa el trigo a diez reales por banega.* Decem drachmis eſt frumenti modius, æſtimatur, conſtat. *Paſsò yà ſolia.* Abijt illud tempus, quo fuiſtis Troes. *Paſſada coſa.* Tranſactus, a, m. præteritus, anteactus. *Vida paſſada.* Anteacta vita. *Ya eſto eſta paſſada en coſa juzgada.* Iam tranſactum hoc eſt, iudicatum de illo, deciſum, abſolutum eſt. *Paſſada de vida.* Victus ratio. *Paſſadera coſa.* Tolerabilis, è. *Paſſadas vbas, ò higos.* Paſſæ rugolæ, durate, ſiccæ vbæ, ficus, &c. *Paſſage de nave.* Vectura. *De puertos.* Portorium. *Paſſagero.* Peregrinus. Advena, prætetiens. *Por tierra.* Viator. *Por mar.* Vector, is. *Paſſa paſſa juego.* Præſtigiatum ludus. *El que le vſa.* Præſtigiator.

*Paſſador arma.* Tragula, æ.

*Paſſearſe.* Deambulo, inambulo, ſpatia aliquot facere, ambulationem, vel ambulatiunculam conficere. *Dar vn paſſeo.* *Lugar donde ſe paſſea.* Ambulacium. Hypæthrum. Xyſtum, i. *Paſſadizo.* Andren, onis. Andronella, æ. tranſitus ponticulo ligneo coniunctus.

*Paſsion, ò pena.* Vide, *Dolor. Del alma.* Animi ægritudo, perturbatio, motus perturbatur. *Paſsion por alguno.* Studium, affectio, voluntas, amor. Vide, *Apaſsionado. Hizelo ſin paſsion.* Nulla cupiditate malevolentia, ſinvidiâ, aut animi perturbatione ductus, motus hæc geſsi. Prævia, & duce rationis, rectique iudicij face hæc ſenſi, cenſui, deliberavi. Quæcumque ipſa ratio, veritaſque præſcripſi ſecutus fui. *Paſsiones* Perturbationes, cupiditates animi. *Hizolo con paſsion.* Æſtro percitus libidinis, ingenti animi cupiditate, & ferventi fecit ſtudio, vehementi raptus illecebra naturæ. *Paſsion de Chriſto Señor Nueſtro.* Vindicis, & aſſertoris Chriſti maximi acerbiſsima perpaſsio tormentorum, & cruciatum vis, crudeliſsimum ſupplicium, quod ſpontè ſua generis humani causâ excruciatus ſubivit. *Paſsible.* Patibilis.

*Paſmo.* Stupor, ſpaſma, atis. *Paſmarſe.* Obſtupeſcere, ſtupidum hærere in aliqua re. Vide, *Embeleſarſe.*

*Paſſo.* Paſſus, us. *Ciento y veinte y cinco paſſos.* Stadium, ij. *Mil.* Milliarium, ij. *Paſſo largo.* Giganteus, grallatorius gradus. *Ir anſi, ò a paſſo de combidado.* Grandiorem gradum facere. Qui ad prandium ducitur, vincit cervum curſu, vel grallatorem gradu. *Paſſo tardo.*

Teſtudineus, lentus, formicinus. *Paſſo de eſcalera.* Gradus. *Paſſo de Comedia.* Scena, æ. actus, us. *Paſſo para otra parte.* Aditus, tranſitus, us. *De aqui tendrè yo paſſo para Sicilia.* Hinc mihi patebit aditus, ad Siciliam. Fanalis aditus, & via aperitur. Patefacta eſt latiſsima via ad &c. Gradum ex hac vrbe in Siciliá faciam. *Cerrado nos tienen el paſſo.* Vndique præcluſus nobis aditus eſt, vètitus, prohibitus, obſtructus. Arcemur aditu, nec quà via pateat, apparet. *Tomar los paſſos.* Obijcere milites ad divortia itinerum, viarum aditum intercipere. *En malos paſſos anda.* Viam init, & perſequitur lubricam, & præcipitem vitiorum. Vide, *Compañia.* *Lleva los paſſos de ſu padre.* Paternis inſiſtit veſtigijs. Vide, *Imitar.* *Dirè eſto de paſſo.* Vide, *Brevedad.* *Paſſo a paſſo.* Placide bos, gradatim, lento gradu pedotentim. *Hablar paſſo.* Submiſsà voce aliquid dicere. *Viòlo eſto de paſſo.* Obiter, & quaſi per tranſennam præterhivit. Strictim aſpexit celeri oculo libavit, levi manu. *A cada paſſo.* Paſsim, tertio quoque verbo, quotieſcumque gradum facit, totiſè, &c. *Paſſo ſeñor, paſito.* Mitius iſta obieciſſe memento. Parcius amice, ſudes. *Paſſo, no aya mas.* Ceſſa, quieſce. *Paſſo dificultoſo.* Locus ſenticoſus, lubricus, & difficilis nodus. *Por el paſſo en que eſtoy.* Sic ab hoc, in qua verſor diſcrimine liber evadam, ex his vadis emergam, ſic nunc contigat ſervari. *Paſſos de garganta.* Modulamen gutturis, minulitio ſanorum.

*Paſſos de las aves.* Alitum tranſmigratio, tranſitus ad mitius cœlum.

*Paſta.* Maſſa pinſira. *De higos.* Palatha, æ. *Paſtilla.* Paſtillus odorifer. Diapaſma, atis, trochiſcus, i.

*Paſto* Paſtus, us, paſtio onis, paſcua, orum. *Paſto comun.* Ager paſcuus, compaſcuus. *Ir a buſcar paſto.* Pabulor, aris. *Paſtear.* Paſco, is. *Paſtor.* Paſtor. Dux, magiſter pecoris. *De ganado menor.* Pecuarius. *De mayor.* Armentarius. *De obejas.* Opilio, nis. *De bacas.* Bubulcus, i. *El buen paſtor traſquila la obeja, no la deſſuella.* Bonis paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. *Coſa de paſtor.* Paſtorilis, e. Paſtor itius, a, m. *Paſtorear.* Pecus agere.

*Paſtel.* Artocreas, àtis. *Paſtelero.* Artocopus. *Paſtelon.* Pendaplon.

*Pata de beſtia.* Vngula, orbiculus, i.

*Patada.* Calcis, vel pedis impreſsio, ictus. *Patear, ò hazer ruydo con los pies.* Obſtrepo. *Patearonle al maeſtro.* Pedibus, & ſibilis concio: illi refragata fuit. Exploſus, exſibilatus eſt, vndique reclamatum illi ſui, & obſtrèpitum. *Patear la tierra, ò a otro.* Tundere, peſſum dare aliquem, pedibus premère, calcibus. *Patitieſoſe quedò.* Obriguit, gelidusque per ima cucurrit oſſa tremor. *Patan,* Ruſticus, bardus. *Patituerto.* Loripes, edis, varus. *Patudo.* Platus, planſa, æ.

*Patena.* Patella ſacra.

*Patagorrillo.* Tomacula, orum.

*Patio.* Impluvium, ij. *Con colunas.* Peryſtilium, ij.

*Patente de Religioſo.* Commeatus, & re-

religioſa facultas abeundi, teſtimonium, fides, auctoritas ſuæ profeſſionis. *Pagar la patente.* Aditiales vel iniciales epulas dare, ſolvere,i, ſagogen.

*Pato, ò ganſo.* Anſer eris.

*Patr. ña de viejas.* Tabulæ aniles.

*Patria a donde vno nace.* Genitales gleba, natale ſolum, quod primum pedibus iſtis preſſimus, corpore inſtitimus, cuius aerem hauſimus, in quo infantia noſtra vagiit, pueritia luſit, inventus exercita, & educata eſt. Vbi familiare oculis cœlum, flumina, agri noti, vbi longâ ſerie cognati, amici, ſodales. *Compatriotas de vna tierra.* Homines eadem ſtirpe, & ſatu, ſub eodem cœli fornice, in eadem terræ pila.

*Patriarca.* Patriarcha. Hierarcha, æ.

*Patrimonio.* Patrimonium, ij. Paterna bona, avita.

*Patron, ò defenſor.* Patronus. Tutelaris, is. *Patrona.* Patrona, æ.

*Patron del navio.* Nauclerus, navicularius, navarchus. *Patron. ò dechado.* Vide, *Exemplar.*

*Pavellon.* Papilio, onis. Conopæum, æi. *De ſoldados.* Tentoria, orum, ſcenoma, atis, pelles, ium.

*Paves.* Scutum oblongum.

*Paveſa.* Favilla, æ. Fungus, i. *Que ſube, y baxa.* Spodus, i. *Que ſe quedara arriba.* Pompholyx, icis.

*Pavilo.* Elychnium, lychnus, i.

*Pavimento.* Pavimentum, i. ſolum, i.

*Pavo.* Avis Iunonia, pavo, onis. *Dar vna pavonada.* Glorioſa oſtentatione vrbem obire, publicas vias celebrare, concurſare. *Pavonar.* Lævigare ferrum.

*Pavor.* Pavor, oris.

*Pauſa.* Pauſa, æ. intervallum, mora, intermiſsio, interpunctum, reſpiratio. *En la muſica.* Diaſalma, atis. *En las danças.* Saticulum. *Pauſa, ò ſoſsiego.* Quies, ſpatium. *Hablar pauſado.* Ponderoſa verba trutinare. Moroſè, aut feſtidiosè, & quaſi per intervalla loqui.

*Pauſan, ò Bauſan.* Stupidus.

*Pauta.* Tabella contentis fidiculis ad lineas ducendas, ſignandaſque diſpoſita.

*Paxaro.* Paſſer, eris. *Mas vale paxaro en mano, que buytre volando.* Arripienda, quæ offeruntur. Præſentē mulge, quid fugientē inſequeris? Melior eſt vicinus in proximo, quam frater longè habitans. *De vn tiro matar dos paxaros.* In ſaltu vno dos apros capere. *Paxarilla de puerco.* Splenporcinus. *Rieſele la paxarilla.* Petulanti ſplenene cachinatur. Qualætitia perfruitur, quibus gaudijs exultat, quanta voluptate bacchatur!

*Paz.* Pax, acis. *Haſta agora ha avido paz.* Adhuc in ſummo otio fuimus, viximus. Et diuturna fruiti ſumus, & exultavimus pace. Tranquiliſsimam pacem traximus, habuimus. Pacate, quiete, ſatiſque firma viximus pace. *Yà ſe hizieron las pazes.* Iam firmavimus, confirmavimus pacem conſtituta, ſancita, ſtabilita eſt inter nos amica pax. Vide, *Amiſtad. En quantas yà eſtamos en paz.* Paria facimus, pariamus, redditis, vtrinque rationibus. *En juego.* Pari marte luſimus. *Por ningun precio ſe ha de dexar de comprar la paz.* Pax redimenda. Ve

ha-

habeas quintum tempus, perde aliquid. Magnum interdum eſt lucrum, iacturā rei moleſtiam, & inquietudinem excluſiſſe. *Paz entre dos iuyzes.* Æqualia reddere capita in pugna. *La paz de Iudas.* Equus Troianus. *No es eſta paz de dura.* Paucorum dierum pax. Alcedonia illa ſunt, non firma tranquilitas. *Dexadme ir en paz.* Sine me, ſinè ignominia moleſtiaque diſcedere. *Sacadme a paz, y a ſalvo.* Tu periculum præſtare debes. *Tiempo de paz.* Togata, pacata reſpublica.

## P ante E.

*Peal.* Vdo, onis.
*Peña.* Baſis, is. *De Santo.* Thenſa.
*Pebete.* Zbethum, i. ſuffimen.
*Pebre.* Condimentum piperatum, embamma, atis, intinctus, us.
*Peca del roſtro.* Macula, æ. lentigo, inis.
*Pecoſo.* Lentiginoſus.
*Pecado.* Peccatum delictum, erratum, crimen, culpa, noxa, labes maleficium flagitium, ſcelus, vitium. *Mortal* Peccatum læthale. Graviſſimum ſcelus, mortiferum, noxa maxima. *Venial.* Venia dignum, leve, leviſsimum erratum, lapſus facilis. *Original.* Nativum ſcelus, prima labes, in qua vna rebelles magno Deo fuimus omnes, atque per tot ſtirpiū traduces primigenia illa macula propagata ad infelices natos, & poſteros traducta fuit. *Pecado graviſsimo, y muy feo.* Immanitas, magnitudo, atrocitas ſceleris. Fœdiſsimum, teterrimum, indignoiſsimum homine facinus. *Que tiene de bueno el pecado?* Hoc malum ego invèni, in quo ægritudo voluptatem vincit. Quid ibi ineſt amæni? *Todo hōbre de bien no ha de ſaber, ni aun el nombre del pecado.* Omnes bonos, bonaſque accurare addecet, ſuſpicionem culpæ, vt ab ſeſe ſegregent. Nomen ipſum ſceleris, non modo à manibus, ſed etiam à cogitatione oculis, & auribus abſit. *Peſame tanto de mis pecados, que no quiſiera que me los mentaſſen.* Tantum mihi dolorem, cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ, vt non ſolum animus à factis, ſed aures quoque à commemoratione abhorreant. *Pecar.* Scelus crimen committere, ſuſcipere, facere, edere contrahere, concipere, rem nefariam perpetrare. Labe peccati animum maculare, inquinare peccati macula, fœdari turpitudine peccati. Aſtringere ſe ſcelere, devincere; facinus graviſſimum admittere, ſe peccati vinculis adſtringendum dedere. *Pecar ligeramente.* Delinquere, peccare, errare, per errorem labi, errore duci, in culpa levi eſſe. *En lo que he pecado?* Quid feci peccavi, commerui? *Muchos pecados ay muy graves.* Ferales quædam larvæ paſsim graſſantur. Species vbique vitiorum diræ perterrent. Omnia flagitiorum genera vagantur latè, & impune dominantur. *Pecador, ò pecadora.* Vide, *Bellaco, y mal hombre ò mala muger.* *Es vn pecador eſte buen hombre.* Homo ſimplex, ignavus, imperitus, nec opinans rerum. *Pecador de mi* Ome malum, miſerum, occidi?
*Pezon del pecho.* Papilla, æ. *De la fruta.*

*ta*. Petiolus, pediculus.

*Pecina, coſa hedionda.* Sentina, æ. *De peces.* Piſcina, æ.

*Pecho.* Pectus, oris. *Hombre de pecho.* Fortis, magnanimus, animoſus. *Pecho por tierra.* Submiſſo animo, & provides genibus accedere. *Deſcubrir ſu pecho.* Intimos animi ſui ſenſus aperire. *Supe quanto tenia en ſu pecho poco a poco.* Hæc res primo pertenui argumento, indicioque parte facta eū poſt, aperto ſuſpicionis introitu, ad omnia intima illius hominis conſilia ſine vllo errore perveni. *Hecharſe vn cantaro à pechos.* Appreſſum ad os vrceum exhaurire, ſitim explere. *Tomar algo a pechos.* Suſcipere negotium. *Entre pecho, y eſpalda ſe meno eſto.* Viſceribus ſuis, & lata alvo hic helluo has dapes condidit, ſepelivit. *Puſome la daga a los pechos.* Siccam mihi intentavit. *Pecho, (ò tributo,) pechar.* Vide, *Tributo.* *Pechero.* Vectigalis, e, tributarius. *Pechuga.* Pulpa avis. *Pechuguero.* Frequens, & moleſta tuſsis, à rauco pectore naſcens. *Pechos de muger.* Vbera, um mammæ, arum. Papilla. *Dar el pecho al niño.* Vbera infanti, nato, puello admovere præbere. Apprimere ad mammā lactare infantem. *Sacar algo de el pecho.* Expectoro, as.

*Pectoral del Obiſpo.* Encolpium aureū. Crux pectoralis.

*Peculio.* Peculium, ij.

*Pecunia.* Vide, *Dinero.*

*Pedazo.* Fruſtum, i. Fragmentum cento, onis. *Pedazicos de paño.* Panni, orum. *A pedazos.* Carptim.

*Pedernal.* Silex, icis. Pyritis, is. *Sacar fuego dando vn pedernal con otro.* Silicum affrictu, & contritu elicere ignem.



*Pedeſtal de la coluna.* Stylobates, æ.

*Pedir.* Peto, is. Poſtulo, poſco. *Con ruegos.* Precor, aris, imploro rogo, as. *Por fuerça.* Exigo, gis. *Encarecidamente.* Efflagito, enixè vehementer aliquid contendere. *Por iuſticia.* Repetere iure ſuas res. *Limoſna.* Emendico, rogito, ſtipem cogere. *No ha de ſer todo a pedir de boca.* Nō omnia eveniunt, quæ animo ſtatueris, aut votis conceperis. Vide, *Boca.* *Eſſo es pedir peras al olmo.* Myricæ citius poma ferent. *Pedigueño.* Poſcinummius, petax, acis importunus. *Peticion.* Petitio, expoſtulatio, rogatio.

*Pedrada.* Ictus lapidis.

*Pedregal.* Saxètum, i. *Pedregoſo.* Saxoſus, lapidoſus ſcrupuloſus. *Pedrezuela.* Scrupulus.

*Pedreñal.* Sclopus brevior.

*Pedrero tiro.* Tormentum, i.

*Pega.* Picacio. *Sabe a la pega.* Rédolet picem, ſapit, à natura trahit.

